# POETÆ MINORES GRÆCI.

Heſiodus, Theocritus, Moſchus, Bion Smyrn. Simmias Rhod. Muſæus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtæus, Simónides, Rhiânus, Naumachius, Panyaſis, Orpheus, Mimnermus, Linus, Callimachus, Evenus Par. Eratoſthenes, Menecrates, Poſidippus, Metrodôrus.

## Fragmenta Quædam

Philemónis, Alexidis, Amphidis, Anaxándridæ, Antiphanis, Apollodóri, Diphili, Menandri, Diodóri Sinop. Eubuli, Hipparchi, Nicóſtrati, Pherécratis, Philippi, Philíppide, Sótadæ, Cratêtis, Eriphi, Poſidippi, Timoclis, Clearchi.

Et aliorum incertorum Autorum.

*Quibus ſubjungitur eorum potiſſimùm quæ ad Philoſophiam Moralem pertinent,*
*INDEX UTILIS.*

Accedunt etiam *Obſervationes* RADULPHI WINTERTONI in *HESIODUM.*

*CANTABRIGIÆ,*
Ex Officina *Joan. Hayes,* Celeberrimæ Academiæ Typographi.
MDCLXXVII.

UNIVERSITE DE LAUSANNE

# REVERENDISSIMO
## IN CHRISTO PATRI
## AC
## HONORATISSIMO DOMINO,
# D. GUILIELMO,
## *CANTUARIENSI*
## ARCHIEPISCOPO,

Totius Angliæ Primati ac Metropolitano, Regiæ Majeſtati à Conciliis Sanctioribus,

ET

*ACADEMIÆ OXONIENSIS*
CANCELLARIO.

*Sacratiſſime Antiſtes,*

SCio non defuturos, qui parati ſint dicere, Rem indignam feciſſe me, & indecoram maximè, Poëtarum Minorū τὰ σωζόμενα, qui totius *Angliæ Primati* ac *Metropolitano* auſus ſim obtrudere. Atqui ignoſcet mihi, utì ſpero, *Honoratiſſimus Academiæ Oxoniēſis Cācellarius*, ut qui nihil à ſe alienū putet, quod

 ad

ad juventutem Græcæ linguæ ſtudioſam informandam pertineat. Quanquam (quoniam de Poëtis hîc agitur) non puduit ipſum *Apoſtolum* ſacris literis Poëtarum quorundam teſtimonia certis in locis inſeruiſſe. Quanto in honore fuerint apud *Alexandrum* Regem (qui à rebus bellicis feliciter geſtis *Magnus* cognominatus eſt) *Homeri* opera; nemo, opinor, ignorat; niſi ſiquis fortè reperiatur, ad cujus aures *Alexandri* fama non pervenerit. Sed quid ego *Alexandrum* nomino, bellandi quidem gloriâ inſignem, ſed à veri Dei cultu alienum? *Euſtathius*, is cui hic honor à doctiſſimis viris habitus eſt, & meritò, ut in *Proverbium* penè abierit, *Qui Euſtathii* παρεκβολὰς *in Homerũ non perlêgit, in Græcis literis parum profecit*; is inquam, *Chriſtianus* cùm eſſet, idémque *Archiepiſcopus Theſſalonicenſis*, optimè ſuã in Poëtarum Maximo explicando locâſſe operam perhibetur. Quidni igitur ſperarem & ego homuncio, qui *Euſtathio* multa debeo, *Archiepiſcopum Cantuarienſem*, cujus jamdiu benigniſſimum aſpectum & ſalutarem ſenſi, & cum voluptate incredibili etiamnum recolo, hanc opellulam meam, quam Græcæ linguæ tyronum gratiâ navâſſe me fateor, qualemcunque, in Minoribus licèt Poëtis recognoſcendis, benignè, utì ſolet omnia, interpretaturum? O qui ſupplicem ſervare dignatus es, *Reverendiſsime Pater*, ſervatum patiare obſecro *Votivam* hanc *tabulam Veſtro* inſcriptam *Nomine*, omnium oculis ſpectandam proponere.

Ego,

Ego, ſicut æquum eſt, *DEUM OPT. MAX.* *Te* Eccleſiæ ſuæ quàm diutiſſimè & feliciſsimè præeſſe ut velit, voti mei jamdudum factus compos, ſed & voti reus ſemper futurus, quotidianis precibus ſollicitare non deſinam

*Reverendiſsimæ Paternitati Veſtræ*

*humiliter devotiſsimus*

Radulphus Winterton.

# LECTORI CANDIDO
## SALUTEM.

C*Um intelligerent* Almæ Matris Academiæ *Typographi Poetas Græcos (quos vulgò Minores nuncupant) in ſcholis jamdiu eſſe deſideratiſſimos, vehementer à me contendebant id operam darem, quàm correctiſſimi è Typographeo ſuo ut exirent: multùm enim intereſſe reipublicæ literariæ, ut qui in ſcholis à ſtudioſa juventute leguntur libri, ejuſmodi ſint, Græci præſertim; Poetæ verò in primis, apud quos ſive Dialectos & Paſſiones, ſive Metri rationem reſpiciamus (ut nihil de reliquis dicam) non eſt cujuſvis qui literas docet, nedum pueri, verum à falſo diſcernere, quid rectum ſit ſtatuere, errata Typographica detegere, aut detecta corrigere. Ego hæc cùm audirem, UTINAM profectò is eſſem, id præſtare qui poſſem, vos quod vultis maximè, ipſe verò mihi polliceri non audeo, Poetæ Græci, me vindice, quàm correctiſſimi ut exirent! Pudet tamen impensè rogatum, idque reipublicæ literariæ nomine, ſubterfugere velle videri quicquid eſt in recognoſcendo oneris: Quid multa? Pollicitus ſum operam meam qualemcunque. Quid à me præſtitum ſit non dico. Quicquid id ſit, (quod certè quantil-*

*lum*

*lum ſit ipſe ignorare non poſſum) Si Græcæ linguæ Profeſſoribus & Magiſtris, ſi tyronum in re Grammatica informatoribus; ſi Græcæ poeſeως ſtudioſis, aut gratum eſſe, aut non diſplicuiſſe ſenſero: Hoc ego (ut ità loquar) ὁρμητηρίῳ incitatus, non gravabor eundem me in Poetarum Maximo recognoſcendo præſtare, quem in hiſce Minoribus præſtiti, vigilantem certè Græcæ linguæ ſtudioſis à prælo ſervum, & non negligentem, ſi minùs eruditum, nec oculatum ſatis. Interea his tu (Lector Candide) utere ac fruere, noſtris verò conatibus fave, ac VALE.*

---

---

Reſtat

Reſtat adhuc unicum, tibi quod
'ΕΝ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕ'ΝΟΙΣ
ſignificatum oportuit.

IN *hac Editione noſtra Poetarum Græcorum, exemplar omnium longè optimum* Henrici Stephani, *editum* (*in* Folio, *utì loquuntur*) *Anno* MDLXVI, *eóque deficiente* (*neque enim* Stephanus *omnes edidit*) Criſpini, *editum* (*in* Duodecimo) *Anno* MDC, *quantum licuit, ſecutus ſum. A quibus doctiſsimis viris ſi fortè nonnullis in locis diſſentiam, id invitus facio* (*nec ſine doctiſsimorum virorum judicio* (*aut* Orthographiæ, *aut* Orthometriæ, *aut* Proſodiæ *gratiâ*, (*nam ad hæc tria capita reduci videntur poſſe omnia*) *aut ſaltem aliqua alia non niſi juſta de cauſa, utì mihi videtur: recténe, an ſecùs, illud ſtatuas velim, Lector candide; Tibi enim de me meáq; hac qualicunq; opellula judicium totum lubens permitto.*

R. W.

ANNO 1635.

# HESIODI ASCRÆI
## OPERUM & DIERUM
### LIBER I.

MUſæ ex Pieria carminibus celebres,
Agite, Jovem dicite veſtrum patrem celebrantes,
Per quem mortales homines *ſunt* pariter obſcuriq;
clariſque,
Nobiles, ignobileſque, Jovis magni voluntate:
Facilè enim extollit, facilè etiam elatum deprimit;
Facilè præclarum minuit, & obſcurum adauget;
Facileque corrigit incurvum, & ſuperbum deſiccat
Jupiter altitonans, qui ſupremas domos incolit.
Audi intuens & auſcultans, & *pro* juſtitia *tua* dirige judicia
Tu. Ego verò Perſen *fratrem* vera monebo.
Non ſanè unum eſt contentionum genus, ſed ſuper terram
Sunt duo: alteram quidem probaverit qui noverit;
Altera eſt vituperabilis: in diverſa autem animum diſtrahunt.
Nam hæc *contentio* bellum exitioſum & diſcordiam auget,
Noxia: nullus hanc amat mortalis, ſed neceſſariò
Immortalium conſiliis litem colunt moleſtam.
Alteram verò priorem genuit Nox obſcura,
Poſuit verò ipſam Saturnius altijugus, in æthere habitans,
Terræ in radicibus, & *quidem* hominibus longè meliorem.
Hæc & quantumvis inertem, tamen ad opus excitat.
In alterum enim quiſpiam intuens otioſus
Divitem, qui feſtinat arare, atque plantare,
Domumq; rectè gubernare: ÆMULATUR vicinum vicinus
Ad divitias feſtinantem. Bona verò hæc contentio hominibus,
Et figulus figulo ſuccenſet, & fabro faber:
Et mendicus mendico invidet, cantorq; cantori.
O Perſa, tu verò hæc tuo repone in animo;
Neq; malis gaudens contentio animum tuum ab opere abducat,
Lites ſpectantem, foriq; auſcultatorem exiſtentem.
Cura namq; parva eſt *(eſſe debet)* litiumq; forique,
Cui non ſit victus domi in annum repoſitus
Tempeſtivus, quem terra fert, Cereris munus,
Quo ſatiatus lites ac rixam moveas
De facultatibus alienis. Tibi verò non amplius erit iterum
Sic faciendum, ſed rurſus diſcernamus litem

Rectis

# ἩΣΙΟ'ΔΟΥ τοῦ ἈΣΚΡΑΙ'ΟΥ

## ἜΡΓΩΝ καὶ ἩΜΕΡΩ͂Ν

## ΒΙΒΛΙ'ΟΝ ά.

ΜΟΥ͂ΣΑΙ Πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι,
Δεῦτε, Δί' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι·
Ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε, φατοί τε,
Ῥητοί τ' ἄρρητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι.
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει·
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει·
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
Κλῦθι ἰδὼν ἀΐων τε· δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
Τύνη. Ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.
ΟΥΚ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω. τὴν μέν κεν ἐπαινέσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἐπιμωμητή· διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
Σχετλίη· οὔτις τήνγε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
Τὴν δ', ἑτέρην προτέρην μὲν ἐγείνατο Νὺξ ἐρεβεννὴ,
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω·
Ἥ τε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι, ἠδὲ φυτεύειν,
Οἶκόν τ' εὖ θέσθαι· ΖΗΛΟΙ͂ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'. Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων·
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ·
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
Νείκε' ὀπιπεύοντ', ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε.
Ὧτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
Ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν·
Τοῦ κε κορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις
Κτήμασ' ἐπ' ἀλλοτρίοις. Σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν. Ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος

Rectis judiciis, quæ ex Jove ſunt optima.
Nam nuper quidem patrimonium diviſimus: aliáq; multa
Rapiens ferebas, valde demulcens reges
Donivoros, qui hanc litem volunt judicâſſe.
STULTI, neq; ſciunt quanto plus dimidium ſit toto,
Neq; quam magnum in malva & aſphodelo commodum.
Occultârunt enim dii victum hominibus.
Facilè enim *alioqui* vel *uno* die *tantum* operari poſſes,
Ut in annum quoq; *ſatis* haberes, otioſus etiam:
Statímq; temonem quidem ſuper fumum poneres,
Opera verò boum ceſſarent, mulorúmq; laborioſorum.
Sed Jupiter abſcondit; iratus mente ſuâ,
Quia ipſum decepit Prometheus verſutus.
Quocirca hominibus machinatus eſt triſtia mala.
Abſcondit verò ignem: quem rurſus quidem bonus Japeti puer
Surripuit ad hominum uſum, Jove à conſulto,
In cava ferula, clam Jovem fulminibus gaudentem.
Húncq; indignatus affatus eſt nubicoga Jupiter:
Japetionide, omnium maximè verſute,
Gaudes ignem furatus, quódq; animum meum deceperis?
*Id* tibíq; ipſi magnum *erit* malum, & poſteris.
Ipſis namq; pro igni dabo malum, quo omnes
Se oblectent animo, ſuum malum amplectentes.
Sic ait, riſítq; pater hominúmq; deûmque.
Vulcanum verò inſignem juſſit quam celerrimè
Terram aquæ miſcere, hominiſq; indere vocem,
Et robur, immortalibus verò deabus facie aſſimilare
Virginibus pulchram formam peramabilem: at Minervam
Opera docere, ingenioſam telam texere:
Et gratiam circumfundere capiti auream Venerem,
Et deſiderium moleſtum, & membra fatigantes curas:
Indere verò caninámq; mentem & furaces mores
Mercurium juſſit, nuncium Argicidam.
Sic ait. Illi autem obtemperârunt Jovi Saturnio regi.
Móxq; ex terra finxit inclytus utrinq; claudus *Vulcanus*
Virgini verecundæ ſimilem, Jovis conſiliis:
Cinxit verò & ornavit dea glaucocula Minerva:
Circùm verò Charitéſq; deæ & veneranda Suada
Monilia aurea poſuerunt corpori: ipſam porro
Horæ pulchricomæ coronârunt floribus vernis:
Omnem verò illius corpori ornatum adaptavit Pallas Minerva:
At in pectore ſanè nuncius Argicida,

Menda-

Ἰθείῃσι δίκαις. αἵτ' ἐν Διός εἰσιν ἄρισαι
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ'· ἀλλά τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι.
ΝΗΠΙΟΙ, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
Ὥστέ σε κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ ἀεργὸν ἐόντα·
Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε, χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
Ὅττί μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Κρύψε δὲ πῦρ· τὸ μὲν αὖθις ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι, Διὸς πάρα μητιόεντος,
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.
Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ἰαπετονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὣς ἔφατ', ἐν δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
Καὶ σθένος, ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
Παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον· αὐτὰρ Ἀθήνην
Ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Ἀφροδίτην,
Καὶ πόθον ἀργαλέον καὶ γυιοκόρους μελεδώνας·
Ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείην ἤνωγε, διάκτορον Ἀργειφόντην.
Ὣς ἔφαθ'. Οἱ δ' ἐπίθοντο Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς·
Ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι·
Πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη·
Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης

Mendacia, blandóſq; ſermones, & doloſos mores
Fecit Jovis conſiliis graviſtrepi : ſed vocem utique
Indidit deorum præco : appellavit autem mulierem hancce
Pandoram ; quia omnes cœleſtium domorum incolæ
Donum contulerunt, damnum hominibus curioſis.
At poſtquam dolum pernicioſum & inevitabilem abſolvit,
Ad Epimethea miſit pater inclytum Argicidam *Mercurium*
Munus ferentem, deorum celerem nuncium. Neq; Epimetheus
Conſideravit ut illi præcepit Prometheus, nè quando munus
Suſciperet à Jove Olympio, ſed remitteret
Retro, necubi mali quippiam mortalibus fieret.
Verùm ille ſuſcipiens, cum jam malum haberet, ſenſit.
Prius namq; in terra vivebant familiæ hominum
Seorſum abſque malis, & ſine difficili labore,
Morbíſq; moleſtis, qui hominibus ſenectam afferunt.
STATIM enim in afflictione mortales conſeneſcunt.
Sed mulier manibus vaſis magnum operculum dimovens,
Diſperſit, hominibus autem machinata eſt curas graves.
Sola verò illic Spes in infracta domo
Intus manſit, dolii ſub labris, neque foras
Evolavit : priùs enim injecit operculum dolii,
Ægiochi conſilio Jovis nubicogæ
Alia verò innumera mala inter homines errant.
Nam PLENA quidem terra eſt malis, plenúmq; mare :
Morbi autem hominibus tam interdiu quàm noctu
Ultrò oberrant, mala mortalibus ferentes
Tacitè ; nam vocem exemit conſultor Jupiter.
Sic nuſquam licet Jovis mentem evitare.
Cæterùm ſi voles, alium tibi ſermonem paucis abſolvam
Bellè ac ſcienter : tu verò in animo repone.
Ut ſimul nati ſunt dii, mortaléſque homines,
Aureum quidem primùm genus diverſiloquentium hominum
Dii fecerunt, cœleſtium domorum incolæ,
Ii quidem temporibus Saturni erant, cùm in cœlo regnaret.
Ut dii autem vivebant, ſecurum animum habentes,
Planè abſq; laboribus & ærumna ; neque moleſta
Senecta aderat : ſemper verò pedibus ac manibus ſimiles
Delectabantur in conviviis, extra mala omnia :
Moriebantur autem ſeu ſomno domiti : bona verò omnia
Illis erant : fructum autem ferebat fertile arvum
Sponte ſuâ, multúmque & copioſum : ipſíque ultro
Quieti poſſeſſionibus fruebantur, cum bonis multis.

Verùm

Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δὲ ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κῆρυξ· ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
Εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργειφόντην
Δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον. Οὐδ' Ἐπιμηθεὺς
Ἐφράσαθ' ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μήποτε δῶρον
Δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς ὀλυμπίου. ἀλλ' ἀποπέμπειν
Ἐξοπίσω, μή πού τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.
ΑἼΨΑ γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν
Ἔνδον ἔμιμνε, πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
Αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
ΠΛΕΊΗ μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι
Σιγῇ· ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
Οὕτως οὔτι πού ἐστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.
Εἰ δ' ἐθέλεις ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
Εὖ καὶ ἐπισταμένως· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν· αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο, σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.

Verùm poſtquam hoc genus terra abſcondit,
Ii quidem divi *facti* ſunt, Jovis magni conſilio,
Boni, in terris verſantes, cuſtodes mortalium hominum;
Qui quidem obſervant judicia & prava opera,
Caligine amicti, paſſim euntes per terram,
Opum datores. Atque hoc munus regale conſecuti ſunt.
Secundum indè genus, multo deterius, poſtea
Argenteum fecerunt cœleſtium domorum incolæ,
Aureo neque naturâ ſimile, neque intellectu:
Sed centum quidem annos puer apud matrem charam
Nutriebatur creſcens valde rudis domo in ſua.
Cùm verò adoleviſſet, & pubertatis terminum attigiſſet,
Pauxillum vivebant ad tempus, dolores habentes
Ob ſtultitias. Injuriam enim pravam non poterant
A ſe mutuò abſtinere, neque deos colere
Volebant, neque ſacrificare beatorum ſacris in aris,
Prout fas hominibus ex more. Hos quidem deinde
Jupiter Saturnius abſcondit; iratus, quia honores
Non dabant beatis diis qui Olympum habitant.
At poſtquam & hoc genus terra occultavit,
Hi quidem ſubterranei beati mortales vocantur
Secundi: ſed tamen honor etiam hos ſequitur.
Jupiter verò pater tertium aliud genus variè loquentium hominum
Æneum fecit, omnino argenteo diſſimile,
E fraxinis, vehemens & robuſtum, quibus Martis
Opera curæ erant luctuoſa, ac injuriæ: neque ullum cibum
Edebant, ſed adamantis habebant durum animum,
Feroces: magna verò vis, & manus inacceſſæ
Ex humeris provenerant ſuper validis membris.
His erant ænea quidem arma, æneæque domus;
Ære verò operabantur: nigrum autem *nondum* erat ferrum.
Et hi quidem manibus propriis domiti,
Deſcenderunt amplam in domum frigidi inferni,
Ignobiles: mors verò tametſi terribiles exiſtentes
Cepit atra; ſplendidum verò liquerunt lumen ſolis.
Sed poſtquam & hoc genus terra operuit,
Rurſum etiam aliud quartum ſuper terram multorum alumnam
Jupiter Saturnius fecit, juſtius & melius,
Virorum heroum divinum genus, qui vocantur
Semidei priori generationi, per immenſam terram.
Hos quoque bellúmque malum & pugna gravis,
Alios quidem ad ſeptiportes Thebas, Cadmeam terram

Perdi-

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,
Ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται· Καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Δεύτερον αὖτε γένος, πολὺ χειρότερον, μετόπισθεν
Ἀργύρεον ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα·
Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ·
Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες
Ἀφραδίαις. Ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
Ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα· Τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε· χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται
Δεύτεροι· ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησ' οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,
Ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὄβριμον, οἷσιν Ἄρηος
Ἔργ' ἔμελε στονόεντα, καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον
Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν,
Ἄπλαστοι· μεγάλη δὲ βίη, καὶ χεῖρες ἄαπτοι
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσι.
Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ ἀΐδαο,
Νώνυμοι· θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας
Εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι προτέρῃ γενεῇ, κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνή,
Τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ,

Ὤλεσε

Perdidit, pugnantes propter oves Oedipi:
Alios verò & in navibus ſuper magnum fluctum maris
Ad Trojam ducens, Helenæ gratiâ pulchricomæ,
Ubi quidem ipſos mortis quoq; finis adobruit.
Iis autem ſeorſum ab hominibus victum & ſedem tribuens
Jupiter Saturnius pater conſtituit ad terræ fines.
Et hi quidem habitant ſecurum animum habentes
In beatorum inſulis, juxta Oceanum profundum,
Felices heroes: his dulcem fructum
Ter quotannis florentem profert fœcunda tellus.
O ſi neque jam quinto ego intereſſem
Hominum generi, ſed aut mortuus eſſem priùs, aut poſtea natus.
Nunc enim genus eſt ferreum: nunquam nec die
Quieſcent à labore & miſeria, neque nocte,
Corrupti: graves verò dii dabunt curas.
Sed tamen & hiſce admiſcebuntur bona malis.
Jupiter autem perdet etiam hoc genus variè loquentium homi-(num,
Poſtquam facti circa tempora cani fuerint.
Neque pater liberis ſimilis, neque liberi,
Neque hoſpes hoſpiti, neque ſodalis ſodali.
Neque frater amicus erit, ut antehac.
Statim verò ſeneſcentes dehonorabunt parentes.
Incuſabunt autem illos moleſtis alloquentes verbis
Impii, neque deorum vindictam ſcientes, neque hi ſanè
Seneſcentibus parentibus educationis præmia reddent,
Violenti: alter verò alterius civitatem diripiet.
Neque ulla pii gratia erit, neque juſti,
Neque boni: magis verò maleficum & injurium
Virum colent. Juſtitia verò in manibus & pudor
Non erit. Lædet autem malus meliorem virum,
Verbis obliquis alloquens, perjurium verò jurabit.
Livor autem homines miſeros omnes,
Malos rumores ſpargens, malis gaudens, comitabitur inviſo aſpe-(ctu.
Túmque demum ad cœlum à terra ſpatioſa,
Candidis veſtibus tectæ corpus pulchrum,
DEORUM ad familiam abierunt relictis hominibus
Pudor & Nemeſis: relinquentur autem dolores graves
Mortalibus hominibus; mali verò non erit remedium.
Sed nunc fabulam regibus dicam, tametſi ipſi ſapiant,
Sic accipiter affatus eſt luſciniam canoram,
Altè in nubibus ferens, unguibus correptam:
Illa verò miſerè, curvis confixa unguibus,

Lugebat

Ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο·
Τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο,
Ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην.
Ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον· οὐδέποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ,
Φθειρόμενοι· χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσι.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες,
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσι
Σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες· οὐδέ μεν οἵγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν,
Χειροδίκαι· ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου,
Οὔτ' ἀγαθοῦ, μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν
Ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
Οὐκ ἔσται. βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,
Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων. ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν.
Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσει στυγερώπης.
Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν,
ἈΘΑΝΑ'των μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
Θνητοῖς ἀνθρώποισι, κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.
Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.
Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
Ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων, ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
Ἡ δ' ἐλεόν, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,

Lugebat: eam autem imperioſo ille ſermone allocutus eſt.
Infelix, quid ſtrepis? habet certè te multo fortior:
Hàc vades, quà te duco, etiam cantatricem exiſtentem:
Cœnam verò, ſiquidem libet, faciam, vel dimittam.
IMprudens verò quicunq; velit cum potentioribus contendere:
Victoriâq; privatur; & præter convitia dolores patitur.
Sic ait velox accipiter, latis alis prædita avis.
O Perſa, tu verò audi juſtitiam, neq; injuriam fove.
Injuria enim perniciosa *eſt* miſero homini; neq; bonus quidem
Facilè ferre poteſt, gravatúrq; ab ipſa,
Illapſus damnis. Via vero altera perveniendi
Melior ad juſta. JUSTITIA autem ſuper injuriam valet,
Ad finem progreſſa. PASSUS verò ſtultus ſapuit.
Citò enim abit jusjurandum unà cum pravis judiciis:
Juſtitiæ verò impetus, tractæ quocunq; homines duxerint
Donivori, pravis autem judiciis determinârint cauſas,
Hæc verò ſequitur, flens urbémq; & mores populorum,
Caliginem induta, malum hominibus afferens,
Qui ipſam expellunt, neq; rectam diſtribuerunt.
At qui jura tam hoſpitibus quàm popularibus dant
Recta, neq; à juſto quicquam exorbitant;
Iis viget urbs, populi verò florent in ipſa:
Pax verò per terram alma: neq; unquam ipſis
Moleſtum bellum parat latè cernens Jupiter.
Nec unquam juſtos inter homines fames verſatur.
Neq; noxa; florentibus verò arvis fruuntur.
His fert quidem terra multum victum: in montibus verò quercus
Summa quidem fert glandes; media verò apes:
Lanigeræ autem oves velleribus onuſtæ ſunt:
Pariunt verò mulieres ſimiles parentibus liberos:
Florent autem bonis perpetuò: neq; navibus
Navigant; fructum verò profert fœcundus ager.
Sed quibus injuriáq; mala curæ eſt, praváq; opera,
Iis pœnam Saturnius parat latè cernens Jupiter:
SÆPE etiam univerſa civitas malum ob virum punitur,
Qui peccat, & iniqua machinatur.
Illis autem cœlitus magnum intulit malum Saturnius,
Famem ſimul & peſtem: intereunt verò populi:
Neq; mulieres pariunt; decreſcúntq; familiæ,
Jovis Olympii conſilio: interdum verò rurſus
Aut horum exercitum ingentem perdidit, aut murum,
Aut naves in ponto Saturnius punit ipſorum.

Μύρετο· τὴν δ' ὅγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε.
Δαιμονίη, τί λέληκας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων·
Τῇδ' εἶς ᾗ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν,
Δεῖπνον δ', αἴκ' ἐθέλω, ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
ΑΦΡΩΝ δ', ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν·
Νίκης τε στέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
Ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις.
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
Ῥηϊδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
Ἐγκύρσας ἄτῃσιν. Ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
Κρείσσων ἐς τὰ δίκαια. ΔΙΚΗ δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα. ΠΑΘΩΝ δέ τε νήπιος ἔγνω.
Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσι·
Τῆς δὲ δίκης ῥόθος, ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι, σκολιῇς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας·
Ἡ δ' ἕπεται, κλαίουσα πόλιν τε καὶ ἤθεα λαῶν,
Ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
Οἵ τέ μιν ἐξελάσουσι, καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.
Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν
Ἰθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου,
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ·
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος· οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς·
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
Οὐδ' ἄτη· θαλίῃς δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον· οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας·
Εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασι·
Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νείσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα,
Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς·
ΠΟΛΛΑ'ΚΙ καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ὁμοῦ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί·
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν· μινύθουσι δὲ οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου· ἄλλοτε δ' αὖτε
Ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, ἢ ὅγε τεῖχος,
Ἢ νέας ἐν πόντῳ Κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν.

O reges, vos autem conſiderate etiam ipſi
Pœnam hanc: PROPE enim inter homines verſantes
Dii vident, quotquot perverſis judiciis
Se mutuò atterunt, deorum animadverſionem non curantes.
Ter enim decies mille ſunt in terra multorum alumna
Dii Jovis, cuſtodes mortalium hominum:
Qui ſanè & judicia obſervant, & prava opera,
Caligine amicti, paſſim oberrantes per terram.
Virgo autem eſt Juſtitia Jove prognata.
Claráq; & veneranda diis qui cœlum habitant
Et certè cùm quis ipſam læſerit, obliquè injurians,
Statim ad Jovem patrem conſidens Saturnium,
Conqueritur hominum iniquam mentem: ut luat
Populus peccata regum, qui mala cogitantes
Aliò deflectunt judicia, iniquè pronunciantes.
Hæc obſervantes, ô reges corrigite ſententias,
Donivori: obliquorum verò judiciorum prorſus obliviſcamini.
SIBI ipſi mala fabricatur vir alii mala fabricans.
MALUM verò conſilium conſultori peſſimum.
OMNIA videns Jovis oculus, omniáq; advertens,
Et hæc certè, ſiquidem vult, inſpicit: neq; ipſum latet
Qualénam hoc quoq; judicium civitas intus exerceat.
Ego porro nec ipſe nunc inter homines juſtus
Eſſe velim, neq; meus filius: quando MALUM eſt, juſtum
Eſſe, ſiquidem plus juris injuſtior habebit.
Sed his nondum finem arbitror impoſiturum Jovem fulmine gaudentem.
O Perſa, cæterùm tu hæc animo tuo repone,
Et juſtitiæ quidem animum adjice, violentiæ verò obliviſcere prorſus:
Namque HANC hominibus legem diſpoſuit Saturnius,
Piſcibus quidem & feris & avibus volucribus,
Se mutuò ut devorent; quandoquidem jus apud eas non eſt;
Hominibus autem dedit juſtitiam, quæ multo optima
Eſt. SI QUIS enim velit juſta in publicc dicere,
Cognoſcens, ei quidem opes largitur latè videns Jupiter.
QUI VERO teſtimoniis volens perjurium jurando
Mentietur in jus delinquens, immedicabiliter læſus eſt;
Ejus verò obſcurior poſteritas poſtea relicta eſt:
VIRI autem juſti generatio in poſteris *erit* præſtantior.
Cæterùm tibi ego bona ſciens dico, ſtultiſſime Perſa,
MALITIAM quidem cumulatim etiam capere
Facile eſt: brevis quippe via eſt, valdéq; propè habitat.
ANTE virtutem verò ſudorem dii poſuerunt

Immor-

Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
Τήνδε δίκην· ἘΓΓΥ`Σ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Ἀθάνατοι λεύσσουσιν, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
Ἀλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.
Καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον· ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοοῦντες
Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.
Ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλῆες ἰθύνετε μύθους,
Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.
Οἷ ΑΥ`Τῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Ἡ ΔΕ` κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
ΠΑ'ΝΤΑ ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας,
Καί νυ τάδ', αἴκ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται· οὐδέ ἑ λήθει
Οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
Νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ ΚΑΚΟ'Ν, ἄνδρα δίκαιον
Ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει·
Ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον.
Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν·
ΤΟ'Ν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς·
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται. ΕἸ ΓΑ'Ρ τίς κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
Γινώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς.
ὋΣ ΔΕ' κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
Ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη·
Τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται·
ἈΝΔΡΟ'Σ Δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.
Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση.
ΤΗ'Ν ΜΕ'Ν ΤΟΙ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
ΤΗ͂Σ δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

Ἀθάνα-

Immortales; longa verò atq; ardua via eſt ad ipſam,
Primúmq; aſpera: ubi vero ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinceps eſt, quantumvis difficilis fuerit. (ſapit,
ILLE quidem longè optimus eſt, qui ex ſe ipſe per omnia
Conſiderans quæcunq; dein & poſtremò ſint meliora.
RURſus & ille bonus eſt, qui bene monenti paruerit.
QUI verò nec ex ſe ſapit, neq; alium audiens
Animum adjicit, contrà hic inutilis homo *eſt*.
Verùm tu noſtri ſemper præcepti memor,
Operare, ô Perſa, divinum genus, ut te fames
Odio habeat, amet autem pulchre coronata Ceres
Veneranda, victúq; tuum impleat horreum.
FAMES namq; perpetuò ignavo comes *eſt* viro:
Atq; eidem & dii ſuccenſent, & homines, quicunq; otioſus
Vivat, fucis aculeo carentibus ſimilis ſtudio,
Qui apum laborem abſumunt otioſi,
Vorantes. Tibi verò opera mediocria obire gratum eſto,
Ut tibi tempeſtivo victu impleantur horrea.
EX laboribus autem viri evadunt pecoroſi & opulenti.
Et laborans multo etiam charior tam immortalibus
Eris, quàm hominibus: valde enim oderunt otioſos.
LABOR verò nullum dedecus, ſed ignavia dedecus *eſt*.
Quòd ſi laboraveris, mox te æmulabitur otioſus
Diteſcentem: divitias verò & virtus & gloria comitatur.
Deo autem ſimilis fueris, (Laborare quidem melius)
Siquidem ab alienis facultatibus ſtolidum animum
Ad opus convertens, victûs curam habeas, ut te jubeo.
PUDOR autem non bonus indigentem virum tenet;
Pudor, qui viros valde & lædit & juvat.
PUDOR quidem ad paupertatem, audacia verò ad divitias,
OPES verò non raptæ, divinitus datæ, multò meliores:
Si quis enim & manibus per vim magnas opes abſtulerit.
Aut linguâ ſpoliârit, (qualia multa
Fiunt, quamprimùm lucrum mentem deceperit
Hominum, pudorem verò impudentia expulerit)
Facilè & illum obſcurant dii, minuuntur verò familiæ
Viro illi, exiguum verò ad tempus divitiæ adſunt.
Par *facit delictum* qui & ſupplicem & hoſpitem malo affecerit;
Quíq; fratris ſui cubilia aſcenderit,
Secreti *causâ* lecti uxoris, inhoneſta patrans:
Quíq; imprudentiâ cujuſpiam deceperit orphanos liberos:
Quíq; parentem ſenem miſero in ſenectæ limine

Probris

Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
ΟΥ̓͂ΤΟΣ μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
ἘΣΘΛΟ῾Σ δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δὲ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς,
Ἐργάζευ, Πέρση δῖον γένος, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πιμπλῆσι καλιήν.
ΛΙΜΟ῾Σ γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοί,
Ἔσθοντες. Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν,
Ὥς κέ τοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαί.
ἘΞ ἜΡΓΩΝ δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Καί τ' ἐργαζόμενος, πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
Ἔσσεαι ἠδὲ βροτοῖς· μάλα γὰρ στυγέουσιν ἀεργούς.
ἜΡΓΟΝ δ' οὐδὲν ὄνειδος· ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς
Πλουτεῦντα· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα, (Τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον)
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίου, ὥς σε κελεύω.
ΑἸΔΩ῾Σ δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Αἰδὼς, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.
ΑἸΔΩ῾Σ τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.
ΧΡΗ῾ΜΑΤΑ δ' οὐχ ἁρπακτὰ, θεόσδοτα, πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης ληΐσσεται, (οἷά τε πολλὰ
Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδῶ δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ)
Ῥεῖά τέ μιν μαυροῦσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.
Ἶσον δ', ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει·
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνοι,
Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου, παρακαίρια ῥέζων·
Ὅς τέ τευ ἀφραδίῃς ἀλιτραίνεται ὀρφανὰ τέκνα·
Ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ

Probris affecerit, gravibus inceſſens verbis :
Huic certè Jupiter iraſcitur ; ad extremum verò
Pro operibus iniquis gravem exhibet talionem.
Verùm tu quidem ab his omnino cohibe ſtultum animum.
PRO virili autem ſacra facito immortalibus diis
Caſtè & purè ſplendidáq; crura adurito.
Interdum certè libaminibus atq; ſuffitibus placa,
Et quando cubitum iêris, & quando lux ſacra venerit :
Ut benevolum erga te cor atq; animum habeant ;
Ut aliorum emas ſortem, non tuam alius.
AMICUM ad convivium vocato, inimicum verò ſinito.
Eum verò potiſſimum vocato, quicunq; te prope habitat :
Si enim tibi & negotium aliquod domeſticum accidat,
Vicini diſcincti accurrunt, cinguntur autem cognati.
NOXA *tam magna eſt* malus vicinus, quantum bonus commodum.
Sortitus eſt præmium, quicunq; ſortitus eſt vicinum bonum ;
Neq; ſanè bos interierit, niſi vicinus malus ſit.
RECTA quidem menſurâ à vicino mutuum accipe, rectáq; redde,
Eâdem menſurâ, & amplius, ſi quidem poſſis :
Ut indigens, & in poſterum promptum invenias.
NE mala lucra captes : mala lucra æqualia damnis.
AMANTEM te ama, & accedenti adſis :
ET DA *ei* qui dederit neq; da *ei* qui non dederit.
DATORI namq; eſt qui dat : non danti verò nemo dat.
DONATIO bona, rapina verò mala, lethifera.
QUISQUIS etenim vir ſponte ſuâ *dederit*, etſi multum dederit,
Gaudet donando, & delectatur ſuo in animo.
Qui verò ipſe rapuerit, imprudentiâ fretus,
Quamvis ſit exiguum, *tamen* id conſtringit charum animum.
SI QUIDEM enim & parvum parvo addideris,
Et frequenter iſtud feceris, mox quidem magnum & hoc evaſerit.
QUI verò partis adjicit, is vitabit atram famem.
Neq; verò quod domi repoſitum eſt, virum contriſtat.
DOMI melius *eſt* eſſe ; quoniam noxium quod foris *eſt*.
Bonum quidem de præſenti capere ; noxa verò animo
Egere abſente : quæ te cogitare jubeo.
INCIPIENTE verò dolio & deſinente, ſaturato te,
Medio parce : mala verò in fundo parſimonia.
Merces autem viro amico conſtituta ſufficiens eſto,
Etiam cum fratre ludens, teſtem adhibeto :
CREDULitas pariter ac diffidentia perdiderunt homines.
Ne verò mulier te animo nates ſuccincta decipiat,

Blandè

Νεικείῃ, χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσι·
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν.
ΚΑΔΔΥΝΑΜΙΝ δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν·
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι,
Ἡμὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ.
Ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·
Ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος. (ἐᾶσαι.
ΤΟΝ ΦΙλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει·
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
ΠΗΜΑ κακὸς γείτων, ὅσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ·
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς γ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
ΕΥ ΜΕΝ μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύναι·
Ὡς ἂν χρηΐζων, καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
ΜΗ ΚΑΚΑ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι.
ΤΟΝ ΦΙλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
ΚΑΙ ΔΟΜΕΝ ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
ΔΩΤῌ μέν τις ἔδωκεν· ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.
ΔΩΣ ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δότειρα.
ὍΣ μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε κἂν μέγα δοίη,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.
ὍΣ δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,
Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τό τ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.
ΕΙ ΓΑΡ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
ὍΣ δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὃ δ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν.
Οὐδὲ τόγ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.
ΟΙΚΟΙ βέλτερον εἶναι· ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.
Ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι· πῆμα δὲ θυμῷ
Χρηΐζειν ἀπεόντος· ἅ σε φράζεσθαι ἄνωγα.
ἈΡΧΟΜΕΝΟΥ δὲ πίθου καὶ λήγοντος, κορέσασθαι·
Μεσσόθι φείδεσθαι. δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι·
ΠΙΣΤΕΙΣ δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω,

Blandè garriens, tuum inquirens tugurium.
QUI namq; mulieri confidit, confidit is quidem furibus.
Unicus verò filius ſervârit paternam domum
Paſcendo: ita enim opulentia creſcet in ædibus.
Senex autem moriaris, alium filium relinquens.
Facilè verò & pluribus præbuerit Jupiter ingentes opes:
MAJOR autem plurium cura, major quoq; acceſſio.
Tibi verò ſi opes animus appetit intra ſeſe,
Sic facito: operámq; operæ ſubinde addito.

---

## LIB. II.

PLeiadibus Atlante natis exorientibus,
Incipe meſſem, arationem verò occidentibus.
Hæ quidem noctéſq; & dies quadraginta
Latent: rurſum vero circumvolvente ſe anno
Apparent, primùm ut acuitur ferrum.
Hæc utiq; arvorum eſt regula, quiq; mare
Prope habitant, quíq; valles flexuoſas
Mari fluctuante procul pinguem regionem
Habitant. Nudus ſerito, nudúſq; arato,
Nudus quoq; metito, ſiquidem tempeſtiva omnia voles
Opera ferre Cereris: ut tibi ſingula
Tempeſtiva creſcant, nè quando interim egens
Mendices ad alienas domos, nihílq; efficias.
Sicut & nunc ad me veniſti: ego verò tibi non ampliùs dabo,
Neq; ampliùs admetiar. Labora ſtolide Perſa
Opera quæ hominibus dii deſtinârunt:
Nè quando cum liberis uxoréq; animo dolens
Quæras victum per vicinos, hi verò negligant.
Bis enim & ter forſitan conſequéris: ſi verò ampliùs moleſtes,
Rem quidem non facies, tu verò inania multa dices:
Inutilis autem erit verborum copia. Sed te jubeo
Cogitare debitíq; ſolutionem, famíſq; evitationem.
Domum quidem primùm, uxorémque, bovémq; aratorem,
Famulam non nuptam, quæ & boves ſequatur:
Utenſilia verò domi omnia apta facito:
Nè tu quidem petas ab alio, illéq; recuſet, tu verò careas,
Tempus autem prætereat, minuatúrq; tibi opus.
NE VErò differas ínq; craſtinum, ínq; perendinum:
Non enim deſes in opere vir implet horreum,

Αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
ΟΣ ΔΕ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι.
Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον
Φερβέμεν· ὡς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
Γηραιὸς δὲ θάνοις, ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων·
Ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.
ΠΛΕΙ'ων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.
Σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν,
Ὧδ' ἔρδειν· ἔργον δὲ τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.

---

## ΒΙΒΛ. β'.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
Αἳ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται· αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης
Ἐγγύθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα
Πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι πίονα χῶρον
Ναίουσιν. Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμάεσθαι, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλῃσθα
Ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος· ὥς τοι ἕκαστα
Ὥρι' ἀέξηται, μή πως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ σοι οὐκ ἐπιδώσω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω. Ἐργάζευ νήπιε Πέρση
Ἔργα τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο·
Μή ποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσι.
Δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι· ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις·
Ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός. Ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.
Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὴν οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο·
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι·
Μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ,
Ἡ δ' ὥρη παραμείβεται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
ΜΗΔ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν·
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,

Neq; procraſtinator. Cura verò tibi opus auget.
Semper autem DILATOR operum vir cum damnis luctatur.
Cùm itaq; jam deſinit robur vehementis ſolis
Ab æſtu ſudorifero, per autumnum pluente
Jove præpotente, mutatúrq; humanum corpus
Multò levius: (nam tunc Canicularis ſtella
Pauliſper ſupra caput fato-obnoxiorum hominum
Venit interdiu, magis autem nocte fruitur).
Quando incorruptiſſima eſt cæſa ferro
Sylva, folia autem humi fundit, ab ramíſq; ceſſat:
Tunc ſanè ligna ſecato, memor tempeſtivi operis.
Mortarium quidem tripedale ſeca, piſtillum verò tricubitale:
Axémq; ſeptempedalem; valde enim certè conveniens ſic:
Si verò octopedalem; & malleum inde ſecueris
Trium ſpithamarum curvaturam ſecato decem palmorum currui:
Multa præterea curva ligna. Ferto autem dentale, cùm inveneris,
Domum, in monte quærens vel in agro,
Ilignum: hoc enim bobus ad arandum firmiſſimum eſt,
Nempe cùm Atticæ *Cereris* famulus temoni infigens,
Clavis adjunctum ſtivæ adaptaverit.
Bina verò diſponito aratra, laborans domi.
Dentatum, & compactum: quoniam multò optimum ſic.
Et ſi alterum fregeris, alterum bobus injicias.
E lauro autem vel ulmo firmiſſimæ ſtivæ ſunt.
E quercu temonem, ex ilice dentale, boves verò duos novennes
Maſculos comparato, (horum enim robur non imbecillum eſt)
Adoleſcentiæ menſuram habentes; hi ad laborandum optimi.
Non utiq; hi contendentes in ſulco laborando aratrum
Fregerint, opus verò imperfectum illic reliquerint.
Hos autem ſimul quadragenarius juvenis ſequatur,
Panem cœnatus quadrifidum octo buccellarum.
Qui quidem opus curans rectum ſulcum ducat,
Non ampliùs reſpectans ad coætaneos, ſed in opere
Animum habens. Hoc verò neq; junior alius melior
Ad ſpargendum ſemina & iteratam ſationem evitandum:
Junior enim vir ad coætaneos ſpectat intento animo.
Conſidera verò, cùm vocem gruis audieris
Ab alto ex nubibus quotannis clangentis:
Quæ ad arandi temporis ſignum affert, & hyemis tempus
Indicat pluviæ, cor autem rodit viri bobus carentis.
Tunc ſanè paſce flexiles boves, intus exiſtentes.
Facile enim dictu eſt. Par boum da & plauſtrum:

Facile

Οὐδ' ἀναβαλλόμενος. Μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.
Ἦμος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο
Καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος
Ζηνὸς ἐρισθενέος, μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς
Πολλὸν ἐλαφρότερος· (δὴ γὰρ τότε σείριος ἀστὴρ
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ)
Ἦμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
Ὕλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει·
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον.
Ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν·
Ἄξονα δ' ἑπταπόδην· μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω·
Εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦραν κε τάμοιο.
Τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ·
Πόλλ' ἐπὶ καμπύλα κᾶλα. Φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς,
Εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος ἢ κατ' ἄρουραν,
Πρίνινον· ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν,
Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῶος ἐν ἐλύματι πήξας,
Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.
Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα, πονησάμενος κατὰ οἶκον,
Αὐτόγυον, καὶ πηκτόν· ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτως.
Εἴ χ' ἕτερον γ' ἄξαις, ἕτερόν γ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.
Δρυὸς ἔλυμα, πρίνου γύην, βόε δ' ἐνναετήρω
Ἄρσενε κεκτῆσθαι, (τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνοί)
Ἥβης μέτρον ἔχοντε· τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.
Οὐκ ἂν τώ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι κὰμ μὲν ἄροτρον
Ἄξειαν, τὸ δὲ ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.
Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,
Ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον·
Ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
Μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων. Τοῦ δ' οὔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
Σπέρματα δάσσασθαι, καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι·
Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.
Φράζεσθαι δ', εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν ἐπακούσῃς
Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης·
Ἥτ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ὀμβρηροῦ, κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω.
Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἔνδον ἐόντας·
Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, Βόε δὸς καὶ ἄμαξαν·

Facilè autem recuſare, Inſtant verò opera bobus.
Inquit autem vir opinione ſuâ dives, Fabricato plauſtrum:
Stultus, neq; hoc ſcit centum eſſe ligna plauſtri.
Horum antè curam habeto, domi ut reponas.
Cùm primùm igitur arandi tempus mortalibus apparuerit,
Tunc aggredere, ſimul & ſervi & tu ipſe,
Siccam & humidam arans, arationis ad tempus,
Summo mane feſtinans, ut tibi impleantur arva.
Vere vertito: Æſtate verò iterata non te fallet.
Novalem verò ſerito adhuc levem terram.
Novalis imprecationum expultrix, liberorum placatrix *eſt*.
Supplica vero Jovi terreſtri Cereriq; caſtæ,
Maturum ut abundet Cereris ſacrum munus,
Ut primum incipis arare, cùm extremum de ſtiva
Manu capiens ſtimulum, boum terga attigeris
Quernum temonem trahentium loro: juvenis autem ponè
Servus, ligonem tenens, negotium avibus faceſſat,
Semina abſcondens. APTA enim diſpoſitio optima
Mortalibus hominibus *eſt*: inepta vero diſpoſitio peſſima.
Sic quidem ubertate ſpicæ nutabunt ad terram,
Si finem ipſe poſtea Jupiter bonum præbuerit.
E vaſis autem ejicias araneas: & te ſpero
Gaviſurum, victu potitum domi exiſtente.
Lætus autem pervenies ad canum ver, neq; ad alios
Reſpicies: tui verò alius vir indigus erit.
Si verò ad ſolis converſionem araveris terram almam,
Sedens metes, pauxillum manu comprehendens,
Obverſim manipulans pulverulentus, nec valde gaudens;
Feres autem in ſporta; pauci verò te ſuſpicient.
Alias verò alia Jovis mens Ægiochi:
Sed mortalibus hominibus eam deprehendere difficile.
Sin autem ſerò araveris, hoc quidem tibi remedium fuerit:
Quando cuculus coccyzat quercûs in frondibus,
Primúmq; delectat mortales ſuper immenſam terram:
Tunc Jupiter pluat triduo, neq; deſinat,
Non utiq; ſuperans bovis ungulam, neq; deficiens:
Ita ſerus arator priori aratori æqualis fuerit.
Animo autem bene omnia recondo: neq; te lateat
Ver exoriens canum, neq; tempeſtiva pluvia.
Accede autem *ad* æneam ſedem, & caloris gratiâ *ad* tabernam,
Tempore hyberno, cùm frigus homines includens
*Æ.* Non optimè nobiſcum agitur, ô Thyoniche. *Th.* Propterea ergo macer,
Et barba iſta ſuperior intonſa, capilli verò ſqualidi.
Talis huc nuper pervênit Pythagoricus quidam,
Pallidus, & nudus pedes: Athenienſem autem ſe dicebat eſſe.
Appetivit certè ille quoq; (meo judicio) aſſatam farinam.
*Æ.* Jocaris tu quidem, ô bone: me autem formoſa Cyniſca
Contumeliâ afficit: inſaniam priuſquam quis ſentiat, vix pili intervallo à furore abſum.
*Th.* Ità factus ſemper tu, chare Æſchine; quietus, in iram præceps,
Omnia volens in tempore: tamen dic, Quid novi?
*Æ.* Argivus & ego, & Theſſalus, equorum-agitator
Apis, & Cleonîcus miles bibebamus
In loco apud me. Duos mactaveram pullos *columbinos*,
Lactentémq; porcum: relevi autem Byblinum ipſis
Odoriferum quadrimum, *& dulce* quaſi ex torculari *jam hauſtum*.
Bulbus & cochlea promebantur: erat ſuavis potus,
Jam verò convivio incaleſcente, placuit infundere merum,
Cujus gratiâ volebat unuſquiſque: oportebat tantùm dicere Cujus gratiâ.
Nos quidem canentes bibebamus, ut placebat:
Illa verò nihil, præſente me. Quem habuiſſe me exiſtimas animum?
Non loquutura es? Lupũ vidiſti, Jocatus eſt quidã, ut ſapiens dixit
Et *illa* incenſa eſt: ut facilè ex ea vel lucernã accendere potuiſſes.
Eſt Lycus, Lycus eſt Labæ vicini filius,
Procerus & tener, qui multis pulcher videtur eſſe:
Hujus celebri illo amore tabeſcebat;
Idq; nobis olim in aurem inſuſurratum fuerat.
Neq; tamen exploraveram, fruſtra virilem barbam alens.
At nos quatuor jam bene poti eramus,

Et

ἀνίχει δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου, διηγεῖται αὐτῷ τὰ Κυνίσκης· κατὰ δὲ τὸ τέλος λέγει καὶ ὁ Θυώνιχος βραχὺ μὲν, ἀλλὰ λαμπρὸν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἐγκώμιον.

# ΚΥΝΙΣΚΑΣ ἜΡΩΣ, ἢ ΘΥΩΝΙΧΟΣ, Εἰδύλλιον ιδ΄.

## ΑἸΣΧΙΝΗΣ καὶ ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Χαίρειν πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον. Θ. Ἄλλα τοι αὐτῶ, Αἰσχίνα. Αἰ. Ὡς χρόνιος. Θ. Χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;
Αἰ. Πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα, Θυώνιχε. Θ. Ταῦτ' ἄρα λεπτὸς,
Χ' ὦ μύσταξ πολὺς οὗτος ἄρ', αὐαλέοι δὲ κικῖνοι.
Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορειστὰς,
Ὠχρὸς, κἀνυπόδατος· Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἦμες.
Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος (ἐμὶν δοκεῖ) ὀπτῶ ἀλεύρω.
Αἰ. Παίσδεις ὦ 'γαθ' ἔχων· ἐμὲ δ' ἁ χαρίεσσα Κυνίσκα
Ὑβρίσδει· λασῶ δὲ μανεὶς ποκα, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.
Θ. Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ, φίλ' Αἰσχίνα, ἅσυχος, ὀξὺς,
Πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν· ὅμως δ' εἰπὸν, Τί τὸ καινόν;
Αἰ. Ὡργεῖος, κἠγὼν, καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας
Ἄπις, καὶ Κλεόνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας
Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν· δύο μὲν κατέκοψα νεοσσὼς,
Θηλάζοντά τε χοῖρον· ἀνῷξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς
Εὐώδη, τετόρων ἐτέων, σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ.
Βολβός τις κοχλίας ἐξῃρέθη· ἦς πότος ἁδύς.
Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον,
Ὥτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ᾧτινος εἰπεῖν.
Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο·
Ἃ δ' οὐδὲν, παρεόντος ἐμεῦ· τίν' ἔχειν με δοκεῖς νῦν;
Οὐ φθεγξῇ; Λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν,
Χ' ἥφθη· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.
Ἔντι Λύκος, Λύκος ἐντὶ Λάβα τῶ γείτονος υἱὸς,
Εὐμάκης, χ' ἁπαλὸς, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμες·
Τούτω τὸν κλύμενον κατετάκετο τῆνον ἔρωτα·
Χ' ἁμῖν τοῦτο δι' ὠτὸς ἐρρύτο ποθ' ἥσυχα οὕτως.
Οὐ μὰν ἐξήταξα, μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.
Ἤδη δ' ὦν πίνοντες τοι τέτταρες ἐν βάθει ἦμες,

Et Lariſſæus meum Lycum canebat de integro,
Theſſalicum quendam cantum, mala mens. Cyniſca verò
Flebat repente profuſiùs quàm circa matrem
Virgo ſex annorum, maternum ſinum appetens.
Tunc ego, quem nôſti tu ô Thyoniche, pugnum in genam
Impegi, & alterum in alteram: at illa ſublatâ veſte,
Foras abiit ocyús. Mea peſtis, *inquam*, tibi non placeo?
Alius tibi dulcior amplexu: alium abiens
Fove amatorem; illi iſtæ tuæ lacrymæ *quaſi* poma devolvuntur.
Ceu vero hirundo, cibũ ut ſuis pullis in-nido-pendentibus ferat,
Statim revolat, ut alium quærat victum:
*Sic* illa ocyùs de molli ſella avolavit
Rectà per portam & bifores, quò pedes ducebant:
Proverbio vulgò dicitur, ABIIT & taurus in ſylvam.
Viginti jam, octo adde, novem præterea, & decem alios dies,
Hodie undecimus *eſt*, appone duos: & erunt duo menſes,
Ex quo ſejuncti ſumus, neq; more Thracum tonſus ſum.
Illa verò Lyci jam tota eſt, Lyco etiam nocte patet:
Nos verò neq; loco neq; ullo numero digni cenſemur,
Miſeri Megarenſes, abjectiſſimæ fortunæ,
Ac ſi amorem ejus poſſem deponere, omnia rectè cederent?
Jam verò, ô Thyoniche, ut mus (aiunt) picem guſtavimus.
Et quid remedii ſit in amore inexplicabili
Non ſcio: verùm Simus, qui Epichalci *filiam* amavit,
Æqualis meus, peregrè profectus, ſanus rediit.
Proficiſcar ego quoq; per mare: neq; ignaviſſimus ſum,
Neq; primus nimirum; ſed aliorum ſimilis miles.
*Th*. Utinam tibi ex animo ceſſiſſent quæ cupis,
Æſchine! quòd ſi tibi ità ſtatutum eſt, peregrè proficiſci,
Ptolemæus præbet ſtipendia, homini libero quamoptimus.
*Æ*. Quod ad alia attinet, qualis vir eſt? *Th*. homini liberò quamoptimus,
BENIgnus, Muſarum-ſtudioſus, amabilis, ſummè jucundus;
Qui novit amicum, inimicum verò etiam magis;
Multis multa largiens; rogatus, non abnuens;
Ut regem decet. Petere autem oportet, non omni *tempore*,
Æſchine. Quare ſi tibi in dextero humero placet
Sagulum ſupremum fibulâ-nectere, utroq; autem *pede* innixus
Audebis irruentem hoſtem ſcutatum ſuſtinere,
*Pete* quamprimum Ægyptum. A TEMPORIbus fieri incipimus
Omnes ſenes; inde ordine ad genas delabitur )gent,
Ætas quæ canos facit: gerendum eſt aliquid iis quibus genua vi-
Argu-

Χὠ Λαρισαῖος τὸν ἐμὸν Λύκον ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς,
Θεσσαλικόν τι μέλισμα, κακαὶ φρένες. ἁ δὲ Κυνίσκα
Ἔκλαεν ἐξαπίνας θαλερώτερον ἢ παρὰ ματρὶ
Παρθένος ἑξαέτης κόλπω ἐπιθυμήσασα.
Τᾶμος ἐγὼν, τὺν ἴσης τὺ Θυώνιχε, πὺξ ἐπὶ κόρρας
Ἤλασα, κἄλλαν αὖθις· ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,
Ἔξω ἀπῴχετο θᾶσσον. Ἐμὸν κακὸν, οὔ τοι ἀρέσκω;
Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλον ἰοῖσα
Θάλπε φίλον· τήνω τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.
Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψορρον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον ἀγείρειν·
Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα
Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρω καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον·
Αἶνος θὴν λέγεταί τις, ἜΒΑ καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν.
Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταίδε, δέκ' ἄλλαι,
Σάμερον ἑνδέκατος, ποτίθει δύο· καὶ δύο μᾶνες,
Ἐξ ὧ ἀπ' ἀλλάλων, οὐδὲ Θρακιστὶ κέκαρμαι.
Ἁ δὲ Λύκω νῦν πάντα, Λύκω καὶ νυκτὸς ἀνῷκται·
Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοὶ,
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.
Κ' εἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι·
Νῦν δὲ πόχ', ὡς μῦς, (φαντὶ) Θυώνιχε γεύμεθα πίσσας.
Χὤ, τι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
Οὐκ οἶδα· πλὰν Σῖμος, ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθεὶς,
Ἐκπλεύσας, ὑγιὴς ἐπανῆλθ', ἐμὸς ἁλικιώτας.
Πλευσοῦμαι κἠγὼ διαπόντιος· οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.
Θ. Ὤφελε μὰν χωρεῖν κατὰ νοῦν τεὸν ὧν ἐπιθύμεις,
Αἰσχίνα· εἰ δ' οὕτως ἄρα σοι δοκεῖ, ὥστ' ἀποδημεῖν,
Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.
Αἰ. Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις; Θ. Ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος,
ΕΥΓΝΩ'μων, φιλόμουσος, ἐρωτικὸς, εἰς ἄκρον ἁδύς·
Εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ' ἔτι μᾶλλον·
Πολλοῖς πολλὰ διδοὺς· αἰτεύμενος, οὐκ ἀνανεύων·
Οἷα χρὴ βασιλῆ. αἰτεῖν δὲ δεῖ, οὐκ ἐπὶ παντὶ,
Αἰσχίνα· ὥστ' εἴ τοι κατὰ δεξιὸν ὦμον ἀρέσκει
Λῶπον ἄκρον περονᾶσθαι, ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βεβακὼς
Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν,
Ἆ, τάχος εἰς Αἴγυπτον. ἈΠΟ' κροτάφων πελόμεσθα
Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
Λευκαίνων ὁ χρόνος· ποιεῖν τι δεῖ ἂς γόνυ χλωρόν.

Ὑπόδε-

## Argumentum decimiquinti *Idyllii.*

Inſcribitur hoc Idyllium SYRACUSIÆ, ſive ADONIAZUSÆ, id eſt, Adonidis feſtum celebrantes. Inducit autem *Poëta* Syracuſanas quaſdam genere, quæ Alexandriæ peregrinantur, & exeunt ad ſpectaculum pompæ, quâ Adonis ab Arſinoë uxore Ptolemæi Philadelphi geſtabatur. Morem autem habebant Alexandrini in Adoniis feſtis, eos qui Adonidis ſimulachra geſtabant unà cum ſolennibus ad mare ferre. Deſcribit autem Theocritus, ut reginæ gratificetur, cantatricem quandam ſumptuoſum Arſinoës apparatum carmine recenſentem.

## SYRACUSIÆ, ſive ADONIAZUSÆ, *Idyllium* XV.

### *GORGO, EUNOE, PRAXINOE, ANUS, HOSPES.*

INtúſne Praxinoë? *E.* Gorgo chara, ut ſerô! Intus.
*P.* Mirum quod nunc etiam veniſti: diſpice ſellam ei, Eunoë:
Injice & pulvinum. *E.* Habet optimé. *P.* Sede.
*G.* O incorporeum animum! vix vobis ſalva venio,
Praxinoë, per multam turbam, & per multas quadrigas.
Ubiq; ſunt crepidæ, ubiq; chlamydati viri:
Et via immenſa eſt, & tu procul à me habitas.
*P.* In hanc extremam terræ partem ille demens veniens cepit
Luſtrum, non domum: nè vicinæ eſſemus
Inter nos, invida mihi ſemper mea peſtis ut mihi adverſaretur.
*G.* Nè dicas de tuo marito talia, ô chara Dione.
Parvulo præſente: vide, mulier, ut aſpicit te.
*P.* Bono eſto animo, Zopyrion dulcis fili: non dico de patre.
*G.* Intelligit infans; per Proſerpinam. Pulcher eſt pater.
*P.* Pater, *inquam*, ille nuper (nuper dicamus ſcilicet
Omnia) nitrum & fucum è taberna empturus,
Venit ferens ſalem nobis, homo tredecim cubitorum.
*G.* Et meus hæc habet *vitia*, pernicies argenti, Dioclides,
Septem drachmis pilos caninos ex vetulis & mutilatis ovibus convulſos,
Quinq; vellera emit heri, meras ſordes, opus ſuper opus.
Sed age, amiculum & peplum fibulatum cape:
Eamus ad regis divitis Ptolemæi,
Spectaturæ Adonidem: audio egregiam valde pompam
Inſtruere reginam. *P.* APUD fortunatos fortunata omnia.
Quæ vidiſti, & quæ dixiſti, *narra* tu quæ vidiſti, mihi quæ non vidi.
*G.* Tempus abire fuerit. OTIoſis ſemper feriæ ſunt.

Ὑπόθεσις τοῦ ιέ Εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται μὲν τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον ΣΥΡΑΚΟΥ'ΣΙΑΙ, ἢ ἈΔΩΝΙΑ'ΖΟΥΣΑΙ. ὑποτίθεται δέ τινας Συρακουσίας τὸ γένος, παρεπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ κομισθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ἔθος δὲ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις, διακομίσαντας τὰ εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος μετὰ τῶν νομιζομένων ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίζειν. Διαγράφει δὲ ὁ Θεόκριτος, χαριζόμενος τῇ βασιλίδι, ἀδυσάν τινα τὴν πολυτέλειαν τῆς Ἀρσινόης διὰ τῆς ἀπαγγελίας.

## ΣΥΡΑΚΟΥ'ΣΙΑΙ, ἢ ἈΔΩΝΙΑ'ΖΟΥΣΑΙ, Εἰδύλλιον ιέ.

ΓΟΡΓΩ', ΕΥΝΟΗ', ΠΡΑΞΙΝΟΗ', ΓΡΑΥ͂Σ, ΞΕ'ΝΟΣ.

Ἔνδοῖ Πραξινόα; Ε. Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ· ἔνδοῖ.
Π. Θαῦμ' ὅτι νῦν ἦνθες· ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ·
Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. Ε. Ἔχει κάλλιστα. Π. Καθίζευ.
Γ. Ὢ τᾶς ἀδεμάτω ψυχᾶς· μόλις ὔμμιν ἐσώθην,
Πραξινόα, πολλῶ μὲν ὄχλω, πολλῶν δὲ τεθρίππων.
Παντᾶ κρηπῖδες, παντᾶ χλαμυδηφόροι ἄνδρες·
Ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος, τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς.
Π. Ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθὼν
Ἰλεόν, οὐκ οἴκησιν· ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
Ἀλλάλαις, ποτ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμεῖο.
Γ. Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, τοιαῦτα, Δίωνα,
Τῶ μικκῶ παρεόντος· ὅρη, γύναι, ὡς ποθορῇ τυ.
Π. Θάρσει, Ζωπυρίων γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγω ἀπφῦν.
Γ. Αἰσθάνεται τὸ βρέφος, ναὶ τὰν πότνιαν· καλὸς ἀπφῦς.
Π. Ἀπφῦς μὲν τῆνος πρώαν (λέγομες πρώαν θην
Πάντα) νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
Ἦνθε φέρων ἅλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρεισκαιδεκάπηχυς.
Γορ. Χὡμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρείω, Διοκλείδας·
Ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας γραιᾶν ἀποτίλματα πηρῶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπος, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.
Ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λάζευ.
Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω,
Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
Κοσμεῖν τὰν βασίλισσαν. Πρ. ἘΝ ὈΛΒίω ὄλβια πάντα.
Ὧν εἶδες, χ' ὧν εἶπας, ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.
Γορ. Ἕρπειν ὥρα κ' εἴη· ἈΕΡΓοῖς αἰὲν ἑορτά.

Πρ. Εὐνόα

*P*. Eunoë fer aquam, & in medium *infunde lebêta* malè-delicioſa,
Depone rurſus. FELES molliter volunt dormire.
Movete *ocyùs*; fer aquam: aquâ priùs opus eſt.
En, ut aquam fert! infunde tamen. Nè multam, ô profuſa,
Infunde aquam: infelix, cur meam tuniculam commadefacis?
Deſine: ut Diis placitum eſt, ità lota ſum.
Clavis magnæ ubi arcæ? huc fer ipſam.
*G*. Praxinoë, valde te fibulata veſtis
Iſta decet: dic mihi, Quanti conſtitit tibi à jugo telæ?
*P*. Nè memores, Gorgo; pluris quàm argenti puri mina una
Et altera; inſuper operi & animam appendi.
*G*. Ex animo tamen res tibi ceſſit. *P*. Ità eſt: bene dixiſti,
Amiculum fer mihi, & umbellam: aptè
Impone. Non ducam te, fili: larva adeſt, mordet equus.
Plora quantum vis: claudum autem non oportet te fieri.
Eamus. Phrygia, parvulum lude ſuſcipiens:
Canem intrò voca, portam veſtibuli claude.
Dii boni, quanta turba! Quomodo & quando hoc pertranſire
Oportet malum? Formicæ innumerabiles & infinitæ.
Multa tibi, ô Ptolemæe, facta ſunt præclara facinora,
Ex quo inter Deos immortales eſt pater tuus: nemo maleficus
Lædit viatorem, doloſè ſubiens more Ægyptio,
Ut antea homines, in fraude exercitati ludebant,
Inter ſe ſimiles, malos luſus, omnes contentioſi.
Dulciſſima Gorgo, quid nobis fiet? bellatores
Equi regis *adſunt*. Amice, nè me proculces.
Erectus ſtetit hic rufus: vide quàm ferox & audax.
Eunoë, nonne fugies? perimet ſuum inſeſſorem.
Magnum cepi fructum quòd filium domi reliqui.
*G*. Bono eſto animo, Praxinoë: jam ſumus poſt eos;
Illi autem abierunt in campum. *P*. Jam meipſam colligo.
Equum & frigidum anguem maximè timeo
Ab ineunte ætate. Feſtinemus: quanta turba nobis affluit!
*G*. Ex atrio, ô mater? *A*. Ego, ô filiæ. *G*. *An* ingredi
Facile? *A*. IN TROJAM tentantes pervenerunt Achivi:
Optima filia, tentando omnia perficiuntur.
*G*. Anus abiit, mera oracula nobis vaticinata.
Omnia mulieres nôrunt, etiam quomodo Jupiter duxerat Junonem.
Vide, Praxinoë, ad portas quanta turba *fit*.
*P*. Immenſa. Gorgo, da manum mihi; prehende & tu,
Eunoë, Eutychidis: & ei hæreto, nè erraveris.
Omnes unà confertim ingrediamur: hæreto nobis, Eunoë.

Πρ. Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον αἰνόδρυπτε
Θὲς πάλιν· Αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήζοντι καθεύδειν.
Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότερον δεῖ.
Ἁ δ' ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως. μὴ πουλὺ ἄπληστε
Ἔγχει ὕδωρ δύσανε· τί μοι τὸ χιτώνιον ἄρδεις;
Παῦσαι· ὁκοῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι.
Ἁ κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾶ λάρνακος; ὧδε φέρ' αὐτάν.
Γορ. Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
Τοῦτο πρέπει· λέγε μοι, πόσσω κατέβα τοι τοι ἀφ' ἱστῶ;
Πρ. Μὴ μνάσῃς Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶς,
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.
Γορ. Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι. Πρ. Ναὶ καλὸν εἶπας.
Τὤμπέχονον φέρε μοι, καὶ τὰν θολίαν κατὰ κόσμον
Ἀμφίθες· οὐκ ἀξῶ τυ, τέκνον· μορμώ, δάκνει ἵππος.
Δάκρυε ὅσσα θέλεις· χωλὸν δ' οὐ δεῖ τυ γενέσθαι.
Ἕρπωμες. Φρυγία τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα·
Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον· τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον.
Ὦ θεοί, ὅσσος ὄχλος· πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.
Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα,
Ἐξ ὧ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών· οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸν ἰόντα, παρέρπων Αἰγυπτισί,
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροτημένοι ἄνδρες ἔπαισδεν,
Ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.
Ἁδίστα Γοργοῖ, τί γενοίμεθα; τοὶ πολεμισταὶ
Ἵπποι τῶ βασιλῆος· ἄνερ φίλε, μή με πατήσῃς.
Ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυρρός· ἴδ' ὡς ἄγριος, κυνοθαρσὴς,
Εὐνόα, οὐ φεύξῃ; διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα.
Ὠνάθην μεγάλως, ὅττι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδον.
Γορ. Θάρσει, Πραξινόα· καὶ δὴ γεγενήμεθ' ὄπισθεν·
Τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν. Π. Κ' αὐτὰ συναγείρομαι ἤδη.
Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω
Ἐκ παιδός, σπεύδωμες· ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιρρεῖ.
Γορ. Ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτερ; Γρ. Ἐγών, ὦ τέκνα. Γορ. Παρεν-
Εὐμαρές; Γρ. Ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί. (θεῖν
Καλλίστα παίδων, πείρᾳ θην πάντα τελεῖται).
Γορ. Χρησμὼς ἁ πρεσβῦτις ἀπῴχετο θεσπίξασα.
Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν.
Θᾶσαι, Πραξινόα, περὶ τὰς θύρας ὅσσος ὅμιλος.
Π. Θεσπέσιος. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι· λαβὲ καὶ τύ,
Εὐνόα, Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ, μὴ τυ πλανηθῇς.
Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἀμῶν.

Me miſeram! meum velum in duas partes jam
Diſciſſum eſt, Gorgo. Per Jovem, ità ſis
Felix, ô homo, cave *nè ſcindas* meum amiculum.
*H*. Non eſt penes me: verùm tamen cavebo. *P*. Conferta turba
Trudunt ut ſues. *H*. Bono eſto animo mulier: in tuto ſumus.
*P*. Et hoc anno, & in poſterum, chare hoſpes, in tuto ſis,
Nos curans: boni & miſericordis viri *eſt*.
Premitur Eunoë nobis. Agè ô miſera, tu quoq; vi perrumpe,
Optimè: Omnes intus, ut dixit qui ſponſam in thalamo incluſit.
*G*. Praxinoe, huc ades: textilia hæc primùm ſpecta
Quàm ſint tenuia & venuſta: Deorum opera dixeris.
*P*. Veneranda Minerva, quales illa elaborârunt lanificæ!
Quales pictores tam exactas picturas pinxerunt!
Quàm veræ ſtant, & quàm veræ moventur!
Animatæ, non intextæ ſunt. SAPIens quædam res eſt homo.
Ipſe autem quam admirabilis in argenteo jacet
Thoro, primam lanuginem à temporibus dejiciens,
Maximè-amabilis Adônis, qui vel in Acheronte amatur.
*H*. Deſinite, ô infelices, immenſum garrientes.
TURTURES ſtridunt lato ore pronuntiantes omnia.
*G*. Papæ! unde hic homo? quid autem ad te, ſi garrulæ ſumus?
QUÆRITO, quibus imperes: Syracuſanis imperas?
Atq; ut hoc etiam noſcas, Corinthiæ ſumus ab origine.
Sicut & Bellerophon: Peloponneſiacè loquimur.
DORICE verò loqui licet (opinor) Dorienſibus.
*P*. Faceſſat, dulcis *Proſerpina*, qui in nos habeat imperium,
Uno excepto: non vereor, nè mihi impingas alapam.
*G*. Tace, Praxinoë. Eſt cantatura de Adonide
Illa Argivæ filia ſapiens vates,
Quæ vel Sperchin lugubre carmen canendo ſuperavit.
Cantabit aliquid præclari; (compertum habeo:) præparat ſe jam.
Domina quæ Golgum & Idalium dilexiſti,
Altúmque Eryca, auro ludens Venus,
Qualem tibi Adonidem à perenni Acheronte
Menſe duodecimo teneros-pedes-habentes reduxerunt Horæ!
Tardiſſimæ Dearum Horæ charæ, ſed deſiderabiles
Veniunt, omnibus hominibus ſemper aliquid ferentes.
Venus Diones filia, tu quidem immortalem ex mortalibus
Hominibus (ut fama eſt) feciſti Berenicen,
Ambroſiam in pectus inſtillans mulieris:
Tibi autem gratiam referens, ô multis nominibus ac templis celebrata,
Berenices filia, Helenæ ſimilis,

Arſinoë,

Ὤ μοι δειλαία, δίχα μοι τὸ θερίστριον ἤδη
Ἔσχισται, Γοργοῖ. ποτὶ τῶ Διὸς, εἴ τι γένοιο
Εὐδαίμων, ἄνθρωπε, φυλάσσευ τὠμπέχονόν μοι. (χλος·
Ξ. Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μὲν, ὅμως δὲ φυλάξομαι. Π. Ἀθρόος ὄ-
Ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὕες. Ξ. Θάρσει, γύναι· ἐν καλῷ εἰμές.
Π. Κ' εἰς ὥρας, κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,
Ἄμμε περιστέλλων· χρηστῶ κ' οἰκτίρμονος ἀνδρός.
Θλίβεται Εὐνόα ἄμμιν. ἄγ' ὦ δειλὰ, τὺ βιάζευ.
Κάλλιστ'· Ἔνδοι πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.
Γορ. Πραξινόα, πόταγ' ὧδε· τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον
Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν περονάματα φασεῖς.
Π. Πότνι' Ἀθηναία· ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι;
Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν;
Ὡς ἔτυμ' ἑστήκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι·
Ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντά. ΣΟΦΟ'Ν τι χρῆμ', ἄνθρωπος.
Αὐτὸς δ' ὡς θαητὸς ἐπ' ἀργυρέω κατάκειται
Κλισμῶ, πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων,
Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὃ κἠν Ἀχέροντι φιλεῖται.
Ξ. Παύσασθ', ὦ δύστανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
ΤΡΥΓΟ'ΝΕΣ ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.
Γορ. Μᾶ, πόθεν ὥνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;
ΠΑΣΣάμενος, ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;
Ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
Ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννησιστὶ λαλεῦμες.
ΔΩΡΙ'ΣΔΕΝ δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.
Π. Μὴ φύη, μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη,
Πλὰν ἑνός· οὐκ ἀλέγω, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.
Γορ. Σίγα, Πραξινόα. μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν
Ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ πολυΐδρις ἀοιδὸς,
Ἅπις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἠείσασε.
Φθεγξεῖταί τι (σάφ' οἶδα) καλόν· διαθρύπτεται ἤδη.
Δέσποιν' ἃ Γολγόν τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
Αἰπεινόν τ' Ἔρυκα, χρυσῷ παίσδοισ' Ἀφροδίτα,
Οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάω Ἀχέροντος
Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαίποδες ἄγαγον Ὧραι.
Βάρδισται μακάρων Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ
Ἔρχονται, πάντεσσι βροτοῖσιν αἰεί τι φέροισαι.
Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς
Ἀνθρώπων (ὡς μῦθος) ἐποίησας Βερενίκαν,
Ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός·
Τὶν δὲ χαριζομένα, πολυώνυμε καὶ πολύναε,
Ἁ Βερενικεία θυγάτηρ, Ἑλένα εἰκυῖα,

Ἀρσινόα,

Arſinoë, omnibus bonis ornat Adonidem.
Adſunt ei fructus quotquot tempeſtivè ferunt arbores,
Adſunt & molles hortuli, calathis incluſi
Argenteis, & Syrii unguenti *plena* aurea alabaſtra,
Et quicquid placentarum mulieres in tabula panaria fingunt,
Flores admiſcentes varios farinæ niveæ,
Quicquid ex dulci melle, quicquid ex humido oleo,
Omnia ipſi volatilia & reptilia hic adſunt.
Viridia etiam umbracula molli gravata anetho
Extructa ſunt: parvuli verò ſupervolant Cupidines,
Quales pulli luſciniarum inſidentes arboribus
Volitant, alarum periculum-facientes, de ramo in ramum.
O ebenum, ô aurum, ô ex albo ebore
Aquilas pincernam Saturnidæ Jovi puerum ferentes!
Purpurei autem tapetes in ſuperiore parte molliores ſomno?
Miletus hoc dixerit, & qui Samium agrum incolit.
Stratus etiam eſt alter lectus in pulchri Adonidis gratiam;
Alterum Venus tenet, alterum roſeis-brachiis Adônis,
Octo & decem annorum, vel novem & decem, ſponſus.
Nondum pugit oſculum: labra adhuc ei circùm rufa *ſunt.*
Nunc quidem Venus ſuum habens ſponſum, eo perfruatur:
Manè autem nos eum frequentes, dum ros eſt, foras
Efferemus ad undas in littus excreantes:
Et ſolutis crinibus, ac veſte ad talos demiſsâ,
Pectoribus apertis, canorum incipiemus cantum.
Commeas, ô chare Adôni, & huc, & in Acherontem,
Semideorum (ut fama eſt) ſoliſſimus. Neq; Agamemnoni
Hoc accidit, neq; Ajaci magno graviter-furenti heroï,
Neq; Hectori honoratiori inter viginti filios Hecubæ:
Non Patroclo, vel Pyrrho à Troja reverſo,
Neq; illis antiquioribus, Lapithis & Deucalionibus:
Non deniq; Pelopidis & Pelaſgis, flori Peloponneſi.
Propitius eſto jam, Adôni; & in futurum annum afferas lætitiam.
Et nunc veniſti *charus* ô Adôni; &, cùm venies, charus venies.
*G.* Praxinoë, ſapientiſſima res *eſt* mulier,
Beata: quàm multa novit prorſus-beata? quàm ſuave canit!
Tempus tamen eſt & *redire* domum: impranſus eſt Dioclides,
Eſtq; homo valde iracundus: eſurienti ei minimè occurras.
Vale, Adôni chare, & ad gaudentes abi.

Ἀρσινόα, πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.
Πὰρ μὲν οἱ ὥρια κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,
Πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
Ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα.
Εἴδατά θ' ὅσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῃ πονέονται,
Ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ,
Ὅσσά τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ
Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τῷδε πάρεστι·
Χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθοισαι ἀνήθῳ
Δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερπωτῶνται Ἔρωτες,
Οἷοι ἀηδονιῆς ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων
Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζω.
Ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
Αἰετώ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες.
Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω,
Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων.
Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις,
Ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός.
Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ'· ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά.
Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα.
Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' αἰόνι πτύοντα,
Λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι,
Στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.
Ἕρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε κ' εἰς Ἀχέροντα,
Ἁμιθέων (ὥς φαντι) μονώτατος. οὔτ' Ἀγαμέμνων
Τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας ὁ μέγας βαρυμάνιος ἥρως,
Οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτερος εἴκατι παίδων,
Οὐ Πατροκλῆς, ἢ Πύῤῥος ἀπὸ Τροίας ἐπανελθών,
Οὔθ' οἱ ἔτι πρότεροι, Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
Οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί.
Ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.
Καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὅκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἥξεις.
Γ. Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια.
Ὀλβία· ὅσα ἴσατι πανολβία, ὡς γλυκύφωνος.
Ὥρα ὅμως κ' εἰς οἶκον· ἀνάριστος Διοκλείδας,
Χὠνὴρ ὄξος ἅπαν· πεινᾶν τί γε μηδέποτ' ἔνθῃς.
Χαῖρε, Ἄδων ἀγαπατέ, καὶ ἐς χαίροντας ἀφικνεῦ.

Argumentum decimiſexti *Idyllii.*

HOC Idyllium ſcriptum eſt ad Hieronem Hieroclis filium, extremum Siciliæ tyrannum. Cùm enim Theocritus eum carmine celebrâſſet, nec quicquam ab eo accepiſſet, propterea hoc Idyllium compoſuit, quod CHARITAS inſcripſit: in quo de regum & principum erga literas humaniores ingratitudine conqueritur.

## CHARITES, ſive HIERON, *Idyllium* XVI.

SEmper hoc Jovis filiabus curæ eſt, ſemper poëtis,
Celebrare Deos immortales, celebrare fortium facta præclara virorum.
Muſæ quidem Deæ ſunt; Deos Deæ celebrant:
Nos autē homines mortales, mortales *ergo* mortales celebremus.
Verùm quiſnam illorum quotquot ſplendidam habitant ſub auroram,
Noſtras gratias apertis portis receperit domo
Lubenter, neq; retro indonatas remittet?
Illæ verò nudis pedibus domum vadunt,
Multis me conviciis inſectantes, quòd fruſtrà viam ſuſceperint:
Pigræ autem, rurſum vacuæ in fundo arcæ,
Frigidis in genibus capite manent poſito,
Ubi ſqualida ſedes eis eſt, cum re infectâ redeunt.
QUIS tandē noſtri ſeculi hominū talis eſt? quis bene dicentem amaverit?
Neſcio: non enim ampliùs homines, ut antea, propter præclara
Facta laudari cupiunt: ſed victi ſunt à lucris
Unuſquiſq; autem in ſinu manum tenens, circumſpicit unde ipſe auferat
Argentum: ac nè æruginem quidem abſterſam alteri daret;
Sed ſtatim ait, LONGIUS abeſt tibia quàm genu:
Sit mihi modò aliquid: Dii honorent poëtas,
Nam quis alium audiat? Satis omnibus Homerus.
Hic poëtarum optimus, qui ex me referet nihil.
MISERI, quid prodeſt immenſum in arca aurum
Repoſitum? Non hic eſt uſus pecuniæ ſapientibus:
Sed partem ſibi, partem etiam alicui poëtæ dare *oportet*:
Multos ex affinibus beneficio afficere, multos etiam ex aliis
Hominibus: ſemper autem Diis ſacrificia facere.
Neq; inhoſpitalem eſſe, ſed hoſpites menſâ
Benignè acceptos dimittere, cùm velint abire:
Muſarum autem maximè honorare ſacros interpretes;

Ut

Ὑπόθεσις τοῦ ις' Εἰδυλλίου.

ΤΟΥ̃ΤΟ τὸ Εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἱέρωνα τὸν Ἱεροκλέους, τὸν ἔσχατον Σικελίας τύραννον. ὑμνήσας γὰρ αὐτὸν ὁ Θεόκριτος, καὶ μηδὲν εἰληφὼς παρ' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον τοῦτο πεποίηκε, καὶ ΧΑ'ΡΙΤΑΣ αὐτὸ ἐπέγραψεν ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν βασιλέων καὶ ἀρχόντων πρὸς τὰς Μούσας ἀγνωμοσύνης μέμφεται.

## ΧΑ'ΡΙΤΕΣ, ἢ ΙΕ'ΡΩΝ, Εἰδύλλιον ις'.

ΑΙΕΙ' τοῦτο Διὸς κούραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς,
Ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
Μοῦσαι μὲν θεαὶ ἐντὶ, θεὼς θεαὶ ἀείδοντι,
Ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε, βροτὼς βροτοὶ ἀείδωμες.
Τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ,
Ἁμετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
Ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει;
Αἳ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
Πολλά με τωθάζοισαι, ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον.
Ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ
Ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι,
Ἔνθ' αἰὴν σφίσιν ἕδρη, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωντι.
ΤΙ'Σ τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ;
Οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
Αἰνεῖσθαι σπεύδοντι· νενίκηνται δ' ὑπὸ κερδέων.
Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπω χεῖρας ἔχων, πόθεν οἴσεται ἀθρεῖ
Ἄργυρον· οὐδὲ ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη·
Ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, 'ΑΠΩτέρω ἢ γόνυ κνάμα·
Αὐτῷ μοι τι γένοιτο· θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδώς.
Τίς δέ κεν ἄλλω ἀκούσαι; Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος.
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος· ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.
ΔΑΙΜΟ'ΝΙΟΙ, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτω φρονέουσιν ὄνασις·
Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.
Πολλὼς δ' εὖ ἔρξαι πηῶν, πολλὼς δὲ καὶ ἄλλων
Ἀνθρώπων· αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν.
Μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζᾳ
Μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλωντι νέεσθαι·
Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱερὼς ὑποφήτας·

Ut etiam apud inferos conditus bene audias,
Neq; inglorius lugeas in frigido Acheronte,
Quaſi foſſor aliquis qui ligone manus calloſas habeat,
Qui gravem à ſuis majoribus paupertatem inopem plorat,
Multi in Antiochi domo & regis Alevæ
Cibum menſtruum dimenſi ſunt famuli;
Multi autem Scopadis acti ad ſtabula;
Vituli cum cornutis mugiverunt bobus;
Infinitas autem in campo Cranonio ad æſtiva agebant.
Paſtores electas oves hoſpitalibus Creondis:
Sed nulla eos ſecuta eſt voluptas, poſteaquam dulcem emiſerunt.
Animam in latam ratem triſtis Acherontis;
Inglorii verò, relictis multis illis & beatis opibus,
Miſeros inter mortuos per longa ſecula jacerent,
Niſi magnus vates ille Ceïus variè canens
Ad barbitum multichordum, feciſſet eos claros inter homines
Poſteros. Honorem autem & veloces ſortiti ſunt equi,
Qui ipſis ex ſacris coronati redierunt certaminibus.
Quis autem principes Lyciorum unquam, quis comatos
Priamadas, vel muliebri colore Cycnum cognoviſſet,
Niſi bella veterum poëtæ ceciniſſent?
Neq; Ulyſſes, qui centum & viginti menſes erravit
Omnes per homines, & ad imum orcum deſcendit
Vivus, & ex ſpelunca evaſit pernicioſi Cyclôpis, (ſubulcus
Diuturnam gloriam obtinuiſſet. Silentio etiam præteritus fuiſſet
Eumæus, & Philœtius qui circa boves armentales
Opus habebat, ipſéq; magnanimus Laërtes,
Niſi eos juviſſent carmina viri Ionici, id eſt *Homeri*.
A MUSIS illuſtris fama venit hominibus:
FORTUNAS autem mortuorum conſumunt viventes.
Sed PAR eſt labor, in littore undas numerare,
Quotquot ventus in terram cum cæruleo mari impellit,
Et aquâ purâ lavare impurum laterem,
Atq; hominem oppreſſum avaritiâ flectere.
Valeat quicunq; talis: innumerabile autem ei ſit
Argentum; ſemper autem plus habendi deſiderium eum teneat.
At ego honorem & hominum benevolentiam
Multis mulis & equis anteponam.
Quæro autem cui mortalium gratus veniam
Cum Muſis: difficiles enim viæ ſunt cantatricum
Muſarum, abſq; Jove magno conſultore.
Nondum cœlum defeſſum eſt ducendo menſes & annos:

Multi

Ὄφρα καὶ ἐν ἀίδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντος,
Ὡσεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
Δειλὸν ἐκ πατέρων πενίαν ἀκτήμονα κλαίων.
Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται·
Πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
Μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι·
Μυρία δ' ἀμπεδίον Κραννώνιον ἐνδιάασκον
Ποιμένες ἔκκριτα μῆλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις·
Ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
Θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος,
Ἄμναστοι δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,
Δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήιος αἰόλα φωνέων
Βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστὰς
Ὁπλοτέροις. τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
Οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦλθον ἀγώνων.
Τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτέ, τίς κομόωντας
Πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω,
Εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;
Οὐδ' Ὀδυσεὺς, ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι μῆνας ἀλαθεὶς
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἀίδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐνθὼν
Ζωὸς, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο Κύκλωπος,
Δηναιὸν κλέος ἔσχεν. Ἐσιγάθη δ' ἂν ὑφορβὸς
Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
Ἔργον ἔχων, αὐτός τε περίσπλαγχνος Λαέρτας.
Εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
ἘΚ ΜΟΙΣΑ͂Ν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι·
ΧΡΗ'ΜΑΤΑ δὲ ζώοντες ἀμαλδύνοντι θανόντων.
Ἀλλ' ἾΣΟΣ γὰρ ὁ μόχθος, ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν,
Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ,
Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέι πλίνθον,
Καὶ φιλοκερδείῃ βεβλαμμένον ἄνδρα παρενθεῖν.
Χαιρέτω ὅστις τοῖος· ἀνήριθμος δέ οἱ εἴη
Ἄργυρος· αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν.
Αὐτὰρ ἐγὼ τιμήν τε καὶ ἀνθρώπων φιλότητα
Πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν ἑλοίμαν.
Δίζημαι δὲ τίνι θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
Σὺν Μοίσαις· χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδῶν
Μυσᾶν, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.
Οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτούς·

Multi movebunt adhuc rotam currûs equi.
Exorietur ille vir qui me cantore indigebit,
Gerens res tantas quantas magnus Achilles, aut ingens Ajax
In campo Simoentis, ubi Phrygis ſepulchrum Ili.
Jam Phœnices, ſub ſole occ duo
Habitantes Libyæ in extremo calce, horreſcunt:
Jamq; geſtant Syracuſii medias lanceas,
Onuſti ſcutis brachia ſalignis:
Intérq; eos Hieron, ſuperioribus par heroïbus,
Armatur, equinæ autem galeam cooperiunt jubæ.
Utinam, Jupiter auguſtiſſime pater, & veneranda Minerva,
Et tu, ô puella, quæ cum mater opibus affluentium Ephyræorum
Sortita es magnam urbem, apud aquas Lyſimeliæ,
Hoſtes ab inſula propulſent dura fata
Sardoniam per undam, amicorum ſtragem nuntiaturos
Filiis & uxoribus, numerabiles ex multis:
Oppida verò à prioribus iterum habitentur civibus,
Hoſtium quotquot manus corruperunt funditus.
Et agros virentes colant: & innumerabilia
Ovium millia herbis ſaginata
In campo balent, boves autem gregatim ad ſtabulum
Redeuntes tardum urgeant viatorem:
Novalia autem excolantur ad ſementem, cùm cicada
A paſtoribus meridianis cavens, intra arbores
Reſonat in ſummis ramis: telas verò in arma araneæ
Tenues diſtendant, belli autem nè nomen quidem ſit ampliùs,
Gloriam verò Hierônis ſublimem ferant poëtæ
Et pontum Scythicum trans, & ubi latum murum
Bitumine ligans Semiramis regnabat.
Unus quidem ego; multos autem Jovis diligunt & alios
Filiæ, quibus omnibus curæ erit Siculam Arethuſam
Celebrare *unà* cum populis, & bellicoſum Hieronem,
O Gratiæ Deæ Eteocleæ, quæ Minyum
Orchomenum amatis, odioſum olim Thebis,
Equidem non vocatus manebo *domi*: ad vocantium autem *ædes*
Confidens Muſis cum noſtris veniam,
Relinquã autẽ neq; vos: Quid enim amabile hominibus, Gratiis
Sine, eſſe poteſt? utinam ſemper ſim cum Gratiis!

Argumen-

Πολλοὶ κινήσουσιν ἔπι τροχὸν ἅρματος ἵπποι
Ἔσται δ' οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμῶ κεχρήσετ' ἀοιδῶ,
Ῥέξας ἢ Ἀχιλλεὺς ὅσσον μέγας, ἢ βαρὺς Αἴας
Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλω.
Ἤδη νῦν Φοίνικες, ὑπ' ἠελίῳ δύοντι
Οἰκεῦντες Λιβύας ἄκρον σφυρὸν, ἐρρίγαντι·
Ἤδη βαστάζοντι Συρακόσιοι μέσα δοῦρα,
Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτεΐνοισιν·
Ἐν δ' αὐτοῖς Ἱέρων, προτέροις ἴσος ἡρώεσσι,
Ζώννυται, ἱππείαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι.
Αἳ γὰρ, Ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθάνα,
Κώρη θ' ἃ σὺν ματρὶ πολυκλήρων Ἐφυραίων
Εἴλαχας μέγα ἄστυ, παρ' ὕδασι Λυσιμελείας,
Ἐχθροὺς ἐκ νάσοιο κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι
Σαρδόνιον κατὰ κῦμα, φίλων μόρον ἀγγελέοντας
Τέκνοις ἠδ' ἀλόχοισιν, ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν·
Ἄστεα δὲ προτέροισι πάλιν ναίοιντο πολίταις,
Δυσμενέων ὅσα χεῖρες ἐλωβήσαντο κατ' ἄκρας.
Ἀγροὺς δ' ἐργάζοιντο τεθαλότας· αἵ τ' ἀνάριθμοι
Μήλων χιλιάδες βοτάναις διαπιανθεῖσαι
Ἀμπεδίον βλήχοιντο, βόες δ' ἀγεληδὸν ἐς αὖλιν
Ἐρχόμεναι σκιπναῖον ἐπισπεύδοιεν ὁδίταν·
Νειοὶ δ' ἐκπονέοιντο ποτὶ σπόρον, ἁνίκα τέττιξ
Ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος, ἔνδοθι δένδρων
Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν· ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι
Λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη.
Ὑψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ
Καὶ πόντω Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπα πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.
Εἷς μὲν ἐγὼ, πολλοὺς δὲ Διὸς φιλέοντι καὶ ἄλλους
Θυγατέρες, τοῖς πᾶσι μέλοι Σικελὰν Ἀρέθοισαν
Ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι, καὶ αἰχμητὰν Ἱέρωνα.
Ὦ Ἐτεόκλειοι Χάριτες θεαὶ, αἳ Μινύειον
Ὀρχομενὸν φιλέοισαι, ἀπεχθόμενόν ποκα Θήβαις·
Ἄκλητος μὲν ἐγὼ μίμνοιμί κεν ἐς δὲ καλεύντων
Θαρσήσας Μοίσαισι σὺν ἁμετέραισιν ἰκοίμαν,
Καλλείψω δ' οὐδ' ὔμμε· τί γὰρ Χαρίτων ἀγαπατὸν
Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν; ἀεὶ Χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην.

Argumentum decimi ſeptimi *Idyllii.*

Hoc Idyllium habet laudationem regis Ptolemæi cognomento Philadelphi: qui habuit patrem τὸν σωτῆρα Πτολεμαῖον, matrem Berenicen.

## LAUDATIO PTOLEMÆI,
### *Idyllium* XVII.

AB Jove principium faciamus, & in Jovem deſinite, Muſæ,
Cum immortalium præſtantiſſimum carminibus canimus;
Hominum autem Ptolemæus inter primos celebretur,
Et ultimus, & medius: hic enim præſtantiſſimus virorum *eſt.*
Heroës, qui olim à ſemideis orti ſunt,
Cùm præclara facinora patrâſſent, ſapientes vates nacti ſunt:
At ego Ptolemæum, bene dicendi peritus, (um decus *ſunt.*
Carminibus celebrabo. Carmina verò, etiam ipſorum immortali-
Vir ſylvicîda Idam ad nemoroſam cùm venit,
Circumſpicit unde opus incipiat, præſente ingenti copiâ.
Quid primùm ediſſeram? occurrunt enim innumerabilia dicenda,
Quibus Dii præſtantiſſimum honoraverunt regum.
*Atq; ut ordiar* à majoribus, Qualis erat ad magnas res gerendas
Lagides Ptolemæus, cùm animo conceperat
Conſilium quod non alius vir excogitare poterat!
Illum pater fecit parem honoribus vel Diis
Immortalibus, & ei aurea domus in Jovis palatio
Extructa eſt: apud autem ipſum Alexander amicus
Sedet, Perſis gravis Deus pictam gerens-mitram.
E regione verò *eorum,* Herculis ſedes tauricidæ
Stat, ſolido facta ex adamante:
Ubi cum aliis convivia agitat cœleſtibus,
Gaudens majorem in modum nepotum nepotibus:
Quòd eorum ex membris Saturnius exemerit ſenectam,
Immortales autem vocantur, facti Dei pedum-uſu-carentes:
Utriuſq; enim eorum generis autor fortis Herculides,
Et utriq; referunt originem ad extremum Herculem.
Itaq; cùm ex epulo rediret ſaturatus jam
Nectare odorifero dilectæ in domum uxoris,
Alteri arcum dedit, ſubulaalémq; pharetram,

Alteri

## Ὑπόθεσις τοῦ ιζ´. Εἰδυλλίου.

Τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον εἰς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον γέγραπται· Ἀρχαΐᾳ δὲ κέχρηται εἰσβολῇ· ὁ δὲ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος, Πτολεμαίου τοῦ Λάγου καὶ Βερενίκης ἦν παῖς. διὸ καὶ ἁμαρτάνει ὁ Μύναλος, τοὺς χρόνους τοῦ Θεοκρίτου ἀναβιβάζων εἰς τὸν Φιλοπάτορα, τοσούτῳ χρόνου μαχόμενος διαστήματι.

## ἘΓΚΩ´ΜΙΟΝ εἰς ΠΤΟΛΕΜΑΙ͂ΟΝ, Εἰδύλλιον ιζ´.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε, Μοῖσαι,
Ἀθανάτων τὸν ἄριστον ἐπὴν ᾄδωμες ἀοιδαῖς·
Ἀνδρῶν δ᾽ αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
Καὶ πύματος, καὶ μέσσος· ὃ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν.
Ἥρωες, τοὶ πρόσθεν ἀφ᾽ ἁμιθέων ἐγένοντο,
Ῥέξαντες καλὰ ἔργα, σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν·
Αὐτὰρ ἐγὼ Πτολεμαῖον, ἐπιστάμενος καλὰ εἰπεῖν,
Ὑμνήσαιμ᾽. ὕμνοι δὲ, καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν.
Ἴδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλητόμος ἐνθὼν,
Παπταίνει, παρεόντος ἅδην, πόθεν ἄρξεται ἔργω.
Τί πρᾶτον καταλεξῶ; ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπεῖν,
Οἷσι θεοὶ τὸν ἄριστον ἐτίμησαν βασιλήων.
Ἐκ πατέρων, οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον
Ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος, ὅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο
Βουλὰν ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι.
Τῆνον καὶ μακάρεσσι πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν
Ἀθανάτοις, καί οἱ χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ
Δέδμηται· παρὰ δ᾽ αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς
Ἑδριάει, Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρας.
Ἀντία δ᾽, Ἡρακλῆος ἕδρα σφιν ταυροφόνοιο
Ἵδρυται, στερεοῖο τετυγμένα ἐξ ἀδάμαντος·
Ἔνθα σὺν ἄλλοισιν θαλίας ἔχει οὐρανίδαισι,
Χαίρων υἱωνῶν περιώσιον υἱωνοῖσιν·
Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας.
Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες·
Ἀμφοῖν γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας,
Ἀμφότεροι δ᾽ ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.
Τῷ καὶ ἐπεὶ δαίτηθεν ἴοι κεκορημένος ἤδη
Νέκταρος εὐόδμοιο φίλας ἐς δῶμ᾽ ἀλόχοιο,
Τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν ὑπωλένιόν τε φαρέτραν,

Τῷ

Alteri ferream clavam, nodis ſignatam:
Illi verò in divinum thalamum niveos-talos-habentis Hebes
Arma, & ipſum ducunt progenitorem ſuum Jovis filium.
Qualis autem inter ſapientes celeberrima Berenice
Excellebat fœminas, ingens gloria parentibus!
Hujus quidem Cyprum tenens Diones veneranda filia
Sinum in odoratum teneras immiſit manus:
Itaque, nullam adhuc mulierem aiunt tantùm placuiſſe marito,
Quantùm Ptolemæus ſuam amavit conjugem:
Quanquam multò magis redamabatur. Atq; ità liberis
Confidens ſuis *ei* committit domum totam,
Quoties amans in amantis thorum aſcendit.
Uxoris autē non-amantis animus ſemper ſpectat virum alienum;
Faciles autem partus, filii autem nunquàm ſimiles patri.
Pulchritudine ſuperans Deas veneranda Venus,
Tibi illa curæ erat: tuâ autem gratiâ Berenice
Formoſa Acherontem luctuoſum non tranſivit:
Sed eam arreptam, priuſquam ad rivum deſcenderet
Nigrum, & triſtem ſemper portitorem defunctorum,
In *tuo* templo collocâſti, & proprii honoris participem feciſti.
Omnibus autem placida hæc mortalibus, molles quidem amores
Adſpirat, leves autem dat amanti curas.
Argiva nigra-ſupercilia-habens, tu populos-necantem Diomedem,
Mixta Tydeo, peperiſti Calydonium virum.
At Thetis formoſa fortem Achillem
Æacidæ Peleo. Te autem, bellicoſe Ptolemæe,
Bellicoſo Ptolemæo fortunata Berenice:
Et te Coos nutrivit infantem nuper ſuſceptum,
Excipiens à matre, cùm primam vidiſti auroram.
Ibi enim Lucinam invocavit, quæ parturientes liberat,
Antigones filia gravata doloribus partûs.
Illa verò ei benigna adfuit, & per omnia
Indolentiam diffudit membra: cùm patri ſimilis
Puer amabilis factus eſt. Coos autem conſpicata exclamavit;
Dixit autem, attrectans infantem charis manibus,
*Sis felix*, ô puer, méq; honores tantum quantum
Delum honoravit cæruleam Phœbus Apollo:
Et in eodem honore Triopis colloces promontorium,
Æqualem Dorienſibus tribuens honorem vicinis,
Æquè etiam *ac* Rhenæam rex amavit Apollo.
Sic utiq; inſula dixit, ab alto autem reſonuit voce
Ter ſub nebulis Jovis fauſta aquila ales:

Τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον, κεχαραγμένον ὄζοις·
Οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοσφύρου Ἥβας
Ὅπλα, καὶ αὐτὸν ἄγοντι γενειήταν Διὸς υἱόν.
Οἵα δ' ἐν πινυταῖσι περικλειτὰ Βερενίκα
Ἔπρεπε θηλυτέραις, ὄφελος μέγα γειναμένοισι·
Τῆς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κούρα
Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας·
Τῷ οὔπω τινὰ φαντὶ ἁδεῖν τόσον ἀνδρὶ γυναικῶν,
Ὅσον περ Πτολεμαῖος ἑὰν ἐφίλασεν ἄκοιτιν.
Ἦ μὰν ἀντεφιλεῖτο πολὺ πλέον. ὧδέ κε παισὶ
Θαρσήσας σφετέροισιν ἐπιτρέποι οἶκον ἅπαντα,
Ὁππότε κεν φιλέων βαίνει λέχος ἐς φιλεοίσας.
Ἀστόργω δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰέν,
Ῥηΐδιαι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.
Κάλλει ἀριστεύοισα θεάων πότνι' Ἀφροδίτα,
Σοὶ τήνα μεμέλητο· σέθεν δ' ἕνεκεν Βερενίκα
Εὐειδὴς Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν·
Ἀλλά μιν ἁρπάξασα, πάροιθ' ἐπὶ νᾶα κατενθεῖν
Κυάνεον, καὶ στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων,
Ἐς ναὸν κατέθηκας, ἑᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς.
Πᾶσιν δ' ἤπιος ἥδε βροτοῖς, μαλακοὺς μὲν ἔρωτας
Προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.
Ἀργεία κυάνοφρυ, σὺ λαοφόνον Διομήδεα,
Μισγομένα Τυδῆϊ, τίκες Καλυδώνιον ἄνδρα.
Ἀλλὰ Θέτις βαθύκολπος ἀκοντιστὰν Ἀχιλῆα
Αἰακίδᾳ Πηλῆϊ· σὲ δ', αἰχμητὰ Πτολεμαῖε,
Αἰχμητᾷ Πτολεμαίῳ ἀρίζηλος Βερενίκα·
Καί σε Κόως ἀτίταλλε, βρέφος νεογιλὸν ἐόντα,
Δεξαμένα παρὰ ματρός, ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ.
Ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον,
Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν.
Ἡ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο, κὰδ δ' ἄρα πάντων
Νωδυνίαν κατέχευε μελῶν. ὁ δὲ πατρὶ ἐοικὼς
Παῖς ἀγαπατὸς ἔγεντο. Κόως δ' ὀλόλυξεν ἰδοῖσα·
Φᾶ δέ, καταπτομένα βρέφεος χείρεσσι φίλαισιν,
Ὄλβιε κοῦρε γένοιο, τίοις δέ με τόσσον ὅσον περ
Δῆλον ἐτίμασεν κυανάμπυκα Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἐν δὲ μιᾷ τιμᾷ Τρίοπον καταθεῖο κολώναν,
Ἶσον Δωριέεσσι νέμων γέρας ἐγγὺς ἐοῦσιν,
Ἶσον καὶ Ῥήναιαν ἄναξ ἐφίλασεν Ἀπόλλων.
Ὣς ἄρα νᾶσος ἔειπεν. ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
Ἐς τρὶς ἀπὸ νεφέων Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις·

Ζωὰς

Jovis hoc ſanè ſignum. Jovi Saturnio curæ eſt
Venerandus rex: ille verò eſt eximius quem dilexerit
Natum jam primúm: multa autem ipſum opulentia ſequitur;
Multam autem tenet terram, multum autem mare.
Infinitæq; continentes & gentes infinitæ virorum
Segetem augent amplificatam Jovis imbre:
Nulla tamen terra tam multa gignit, quàm multa humilis Ægy-(ptus;
Nilus cùm exundans humidam glebam comminuit:
Neq; quiſquam tot habet urbes hominum artificum.
Tres ei urbium centuriæ extructæ ſunt,
Tria inſuper millia ſupra triginta millia,
Duo item terniones, & præterea ter undecim:
His omnibus Ptolemæus magnanimus imperat;
Partem etiam Phœniciæ Arabiæq; obtinet,
Et Syriæ, Libyæque, nigrorúmq; Æthiopum:
Pamphyliíſq; omnibus & bellicoſis Cilicibus
Imperat, Lyciiſque, & belli-ſtudioſis Caribus,
Et inſulis Cycladibus: nam naves ejus optimæ
Per mare navigant: mare enim omne & terra
Et fluvii reſonantes imperio Ptolemæi parent.
Multi autem equites, multi milites, ei ſcutati
Ære reſplendenti ſtipati ſtrepunt.
Opulentiâ quidem omnes ſuperat reges:
Tantum in dies ſingulos in divitem venit domum
Undique. Populi autem opera curant quieti.
Nullus enim hoſtium piſcoſum Nilum invadens
Pedeſtri exercitu in alienis tumultum excitavit villis:
Neq; quiſquam in littus veloci exiliit navi
Armatus in armenta hoſtili animo Ægyptia.
Talis vir latè-patentibus ſedet in campis,
Flavus-capillos Ptolemæus ſciens lanceam vibrare:
Cui omnino curæ eſt paterna omnia ſervare,
Ut præſtantem regem *decet*: alia verò quærit ipſe.
Non tamen inutile domo in opima aurum,
Formicarum tanquam divitiæ, ſemper jacet, laborantium;
Sed multum quidem habent Deorum inclytæ domus,
*Illo* ſemper primitias-ſolvente, præter alia munera:
Multum autem potentibus donat regibus,
Multum autem civitatibus, multum autem bonis ſodalibus.
Neq; Bacchi ullus vir ſacra in certamina
Venit ſciens canorum canere carmen,
Cui non munus dignum præbuit arte,

Muſa-

Ζηνὸς που τόδε σῆμα. Διῒ Κρονίωνι μέλονται
Αἰδοῖοι βασιλῆες· ὁ δ' ἔξοχος ὅν κε φιλάσῃ
Γεινόμενον τὰ πρῶτα· πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπηδεῖ,
Πολλᾶς μὲν κρατέει γαίης, πολλᾶς δὲ θαλάσσης.
Μυρίαι ἄπειροι καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν
Λήϊον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον Διὸς ὄμβρῳ·
Ἀλλ' οὔτις τόσα φύει ὅσα χθαμαλὰ Αἴγυπτος,
Νεῖλος ἀναβλύζων διερὰν ὅτε βώλακα θρύπτει·
Οὐδέ τις ἄστεα τόσσα βροτῶν ἔχει ἔργα δαέντων·
Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι,
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐννεάδες τρεῖς·
Τῶν πάντων Πτολεμαῖος ἀγήνωρ ἐμβασιλεύει.
Καὶ μὴν Φοινίκας ἀποτέμνεται, Ἀρραβίας τε,
Καὶ Συρίης, Λιβύης τε, κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων·
Παμφυλίοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι
Σημαίνει, Λυκίοις τε, φιλοπτολέμοις τε Κάρεσσι,
Καὶ νάσοις Κυκλάδεσσιν· ἐπεί οἱ νᾶες ἄρισται
Πόντον ἐπιπλώοντι· θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.
Πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ οἱ ἀσπιδιῶται
Χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.
Ὄλβῳ μὲν πάντας καταβεβρίθει βασιλῆας·
Τόσσον ἐπ' ἆμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
Πάντοθε. λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσιν ἕκηλοι.
Οὐ γάρ τις δηΐων πολυκήτεα Νεῖλον ἐπεμβὰς
Πεζὸς ἐν ἀλλοτρίαισι βοὰν ἐστάσατο κώμαις·
Οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναὸς
Θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίαισιν.
Τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισι,
Ξανθοκόμας Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν·
Ὧ, ἐπίπαγχυ μέλει πατρώϊα πάντα φυλάσσειν,
Οἷ' ἀγαθῷ βασιλῆϊ· τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός.
Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἔνι πίονι χρυσὸς,
Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος, ἀεὶ κέχυται, μογεόντων·
Ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι,
Αἰὲν ἀπαρχομένοιο, σὺν ἄλλοισιν γεράεσσι·
Πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσι,
Πολλὸν δὲ πολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις.
Οὐδὲ Διωνύσου τις ἀνὴρ ἱερὸς κατ' ἀγῶνας
Ἵκετ' ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδὰν,
Ὧ, οὐ δωτίναν ἀντάξιον ὤπασε τέχνας.

Μουσάων

Muſarum autem vates canunt Ptolemæum,
Propter beneficentiam. QUID autem pulchrius viro fuerit
Diviti, quàm gloriam bonam inter homines conſequi?
Hæc & Atridis integra manet: illæ autem immenſæ opes
Quas magnam Priami domum quæſiverunt capientes,
Caligine alicubi tectæ ſunt, unde ampliùs non datur reditus.
Solus hic priorum parentum adhuc calida in cinere,
Calcans deſuper, pedum exprimit veſtigia.
Matri charæ & patri fragrantia inſtituit templa:
Et in *his* ipſos ex auro atq; ebore inſignes
Statuit, omnibus mortalibus auxiliatores.
Multa autem pinguia boum femora urit,
Menſibus circumactis, in aris rubentibus,
Ipſéque, poténſq; uxor: quâ nulla præſtantiorem
Sponſum domi mulier amplectitur ulnis,
Ex animo amans fratrémq; virúmque.
Sic & immortalium ſacra connubia confecta ſunt,
Quos peperit regnans Rhea reges Olympi:
Unum autem lectum ſternit, in quo dormiant, Jovi & Junoni
Iris adhuc virgo, purgatis unguento manibus.
 Salve, ô rex Ptolemæe; te autem ego æquè atq; alios
Celebrabo ſemideos: puto autem, carmen non vile
Dicam poſteris: VIRTUTEM tamen tu à Jove petito.

---

## Argumentum.

Epithalamion inſcribitur hoc Idyllium, .i. Carmen nuptiale. Inducuntur duodecim Spartanæ puellæ ex primariis familiis in Helenæ nuptiis veſpere ante thalamũ hoc carmen canentes. Ac primùm jocis nuptialibus ludunt: deinde ſponſo Menelao gratulātur, quòd ſolus inter tot principes procos nuptiis talis ſponſæ potitus ſit, & gener Jovis factus, Helenam deinde laudant, &

## HELENÆ EPITHALAMIUM,
### *Idyllium* XVIII.

IN Sparta quondam, apud flavum Menelaum,
Virgines virentem hyacinthum comis *implicitum* habentes,
Ante nuper-pictum thalamum chorum ſtatuerunt,
Duodecim primariæ civitatis, magnum decus Lacænarum,
Quando Tyndarei filiam in thalamo concluſit dilectam
Helenam, cùm eam duxiſſet uxorem minor natu filius Atrei.

Μουσᾶν δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον.
Ἀντ' εὐεργεσίης. ΤΙ' ΔΕ' κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη
Ὀλβίῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;
Τοῦτο καὶ Ἀτρείδαισι μένει· τὰ δὲ μυρία κεῖνα
Ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον κτεάτισσαν ἑλόντες.
Ἀέρι πᾳ κέκρυπται, ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος.
Μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔπι θερμὰ κονίη,
Στειβομένᾳ καθύπερθε, ποδῶν, ἐκμάσσεται ἴχνη.
Ματρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο ναούς·
Ἐν δ' αὐτοὺς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
Ἵδρυσεν πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγούς·
Πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ὅγε μηρία καίει
Μασὶ περιπλομένοισιν, ἐρευθομένων ἔπι βωμῶν,
Αὐτός τ', ἰφθίμα τ' ἄλοχος· τᾶς οὔτις ἀρείων
Νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ,
Ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε.
Ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη,
Οὓς τέκετο κρείοισα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπω·
Ἓν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρᾳ,
Χεῖρας φοιβήσασα μύροις, ἔτι παρθένος Ἶρις.
Χαῖρ', ὦ ἄναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἶσα καὶ ἄλλων
Μνάσομαι ἡμιθέων· δοκέω δ', ἔπος οὐκ ἀπόβλητον
Φθέγξομαι ἐσσομένοις· ΑΡΕτὴν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτεῦ.

---

decimioctavi *Idyllii.*

In eo loco nonnihil immoratur poëta. In extremo deniq; carmine bene precantur ſponſis. Sunt autem duo genera Epithalamii carminis: alterum, Κατακοιμητικὸν, quod accinebant veſpere, cùm ſponſa in thalamum deducebatur; alterum, Διεγερτικὸν, quod manè ſub auroram canebatur, quaſi ſponſos vellent excitare.

## ἙΛΕ'ΝΗΣ ἘΠΙΘΑΛΑ'ΜΙΟΣ
## Εἰδύλλιον ιη'.

ἘΝ ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ, ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ,
Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι,
Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο,
Δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
Ἁνίκα Τυνδαρίδα κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
Μναστεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.

Ἄειδον

Canebant autem omnes in unum carmen pulſantes *ſolum*
Pedibus connexis, circùm autem reſonabat domus hymenæo.
Siccine crepuſculo cubitum abiiſti, ô chare ſponſe ?
Nunquid gravatus nimiùm es genibus ? nunquid ſomniculoſus?
Nunquid potâſti nimium, cùm lectum petebas ?
Dormire quidé volenté tempeſtivè te ſolùm oportuerat *dormire,*
Puellam verò ſinere cum puellis charam apud matrem
Ludere ad altum diluculum : nam & veſperi, & manè,
Et in annum ex anno, Menelae, tua ſponſa hæc *erit.*
Fortunate ſponſe, fauſtus aliquis ſternutavit venienti tibi
In Spartam, ubi alii principes *erant*, ut *hoc* conficeres.
Solus in ſemideis Saturnium Jovem ſocerum habebis.
Jovis tibi filia ſub unum venit ſtragulum,
Qualis mulierum Achaïcarum terram nulla calcat alia.
Certè magnum tibi pariet, ſi matri pariet ſimile.
Nos enim omnes æquales ejus, quibus curſus idem *erat*
Unctis virorum more apud Eurotæ lavacra,
Quater ſexaginta puellæ, fœminea juventus :
Ex his tamen nulla vitio caret, cùm confertur cum Helena.
*Ut* aurora exoriens decoram oſtendit faciem,
Cùm veneranda nox *abit*, hyeme candidum ver remittente :
Sic & aurea Helena elucebat inter nos,
Ampla, procêra. Qualis exurgit ſulcus in arvis,
Aut in horto cupreſſus, aut in curru Theſſalus equus :
Sic & roſei coloris Helena Lacedæmoni ornamento eſt.
Nulla in calatho pingit tam varia opera,
Neq; in variegata prudentius ſtamen tela
Radio intextum longis incidit ex furculis.
Nulla etiam novit citharam ſic pulſare,
Dianam cantu celebrans, & amplo pectore Minervam,
Sicut Helena : cujus omnes in oculis amores ſunt.
O pulchra, ô gratioſa puella, tu quidem matrona jam es ;
Nos autem in curſum manè & in frondoſa prata
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴ δ' εὐθύνει ἑκάστου.
Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ·
Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς θ' ἅμα καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ·
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν·
Πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσεν.
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μηδ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ·
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας·
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.

Excandeſcentia ſubrepens furorem parit pernicioſum:
Ira cupiditas eſt; *modum* verò excedens, furor.
Æmulatio bonorum, bona; malorum verò, prava.
Audacia malorum, exitioſa; ſed valde juvat bona tractantes.
Virtutis amor honeſtus eſt: at Veneris auget dedecus.
Voluptas *vir* prudens vocatur inter cives.
Moderatè comede, bibe, ac loquere:
Omnium modus optimus, exceſſus verò vitandus *eſt*.
Nè invideas bona ſociis, nè reprehenſionem affigas:
Sine invidia etiam dii inter ſe degunt.
Non invidet luna longè præſtantioribus ſolis radiis;
Nec terra altitudini cœleſti, licèt ipſa ſit infra;
Non flumina mari; ſed ſempiternam concordiam agunt:
Nam ſi diſcordia inter deos eſſet, non conſiſteret polus.
Temperantiam exerce, & obſcœnis factis abſtine.
Nè ſectare malignitatem, ſed jure abole vindictam.
Perſuaſio quidem utilitatem, lis verò litem gignit.
Nè credas citò, priuſquam certò finem perſpicias.
Vincere benefacientes pluribus meritis convenit.
Pulchrius eſt excipere hoſpitem ſtatim frugalibus menſis,
Quàm pluribus ſubdolis & tardantibus intempeſtivè.
Nunquam fœnerator amarus ſis viro pauperi,
Neque quis aves è nido ſimul omnes auferat:
Sed matrem dimittas, ut rurſus habeas ex ea pullos.
Nunquam judicare homines ſiveris imperitos:
Sapientiam ſapiens dirigit; artes autem qui ejuſdem eſt artis.
Non capit magnam doctrinam qui non didicit audire:
Nihil enim intelligunt qui nunquam bona didicêre.
Nec menſipetas adulatores fac ſodales.
Multi namque cibi & potûs ſunt ſodales,
Tempori ſervientes, ſi habeant unde ſatientur;
Succenſentes paucis, & multis omnes inexplebiles.
Vulgo nè fide: mutabilis ingenio eſt turba.
Vulgus, aqua, & ignis, cohiberi nequeunt.
Neque fruſtra ad ignem ſedens devores charum cor.
Moderata diis præſta: modus enim eſt optimus.
Terram impertite inſepultis cadaveribus.
Nè tumulum mortuorum refodias, neque non adſpectanda
Soli monſtres, divinamque iram provoces.
Non honeſtum eſt hominis compagem reſolvere.
Et mox è terra ſperamus nos in lucem prodituras
Defunctorum reliquias: poſtea verò dii erunt.

Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑπερεργός.
Τόλμα κακῶν ὀλοή· μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, πίνειν, καὶ μυθολογεύειν.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Μὴ φθονέῃς δ' ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
Ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς,
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα,
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν.
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
Νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
Ἢ πλείσταις δολίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γίνῃ ἀνδρὶ πένητι.
Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω·
Μητέρα δ' ἐκπρολίπῃς, ἵν' ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.
Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς·
Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.
Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν·
Οὐ γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.
Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι.
Καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.
Ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.
Λαὸς καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
Μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
Δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
Λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.

Animæ namq; incorruptæ manent in mortuis.
Spiritus enim eſt Dei *donum* mortalibus accommodatū, & imago (Dei:
Corpus enim ex terra habemus; & omnes in eam
Reſoluti pulvis ſumus; cœlum vero ſpiritum recipit.
Divitiis nè parcas; *ſed* recordare quòd mortalis es.
Non licet in infernum opes habere, vel pecunias eò vehere.
Omnes vitâ functi pares ſunt; animabus autem Deus imperat.
Communia domorum tecta æterna, & patria orcus;
Communis locus univerſis, & pauperibus, & regibus.
Non multum temporis vivimus homines, ſed ad tempus:
Anima verò immortalis & ſenectutis expers vivit perpetuò.
Neq; malis ſuccumbe, neq; item exulta gaudio.
Sæpe in vita etiam confidentibus diffidendum.
Tempori ſervi, nec reſla ventis.
Infortunium & afflictis mali ſolutio venit repente.
Nè grandiloquentiæ indulgens mente rabioſus fias.
Facundiam exerce, quæ magno omnibus erit emolumento.
Telum ſanè homini penetrantius ferro, ratio eſt.
Arma unicuiq; tribuit Deus naturam aëriam;
Avibus quidem magnam celeritatem, & robur leonibus,
Tauriſq; *in* ſponte ſuſis cornibus, & aculeos apibus
Innatum dedit tutamen; at ratio, propugnaculum hominibus.
Sed divinitus inſpiratæ ſapientiæ ratio eſt optima.
Præſtantior eſt robuſto vir ſapientiâ præditus:
Agros, urbes, & naves ſapientia gubernat.
Non fas eſt occultare virum ſceleratum, nè puniatur:
Sed maleficum averſari oportet neceſſariò.
Sæpe cum malis moriuntur qui cum eis ſunt.
Furacium hominum nè accipe furtivum depoſitum:
Utrique fures ſunt; & qui recipit, & qui furatur.
Suum omnibus tribue; æqualitas verò in omnibus optima.
Incipiens parcè cunctis utere, nè tandem egeas.
Nè jumenti mortalis cibum ad menſuram ceperis.
Quòd ſi inimici jumentum in via ceciderit, colleva.
Errantémq; hominem & mari jactatum nè devites.
Satius, pro hoſte amicum nanciſci benevolum.
Incipiens malum præcide, & ulceri medere.
Nè quam à feris depaſtam comedas carnem, ſed velocibus
Reliquias linque canibus; feris feræ veſcantur.
Venena nè para; à Magicis libris abſtine.
Infantulis tenellis nè violenter manum corripueris.
Seditionem & litem declina bello ingruente.

Nè

Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν· ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
Πλούτου μὴ φείδου· μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
Οὐκ ἔνι ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν καὶ χρήματ' ἄγεσθαι.
Πάντες ἴσοι νέκυες· ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
Κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια, καὶ πατρὶς ᾅδης.
Ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
Οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπίκαιρον.
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ.
Πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαρραλέοισιν ἄπιστον.
Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Πῆμα καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
Μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν φρένα λυσσωθείης.
Εὐστομίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.
Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠεροφοίτοις,
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοφύτους κεράτεσσιν, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγος δ', ἔρυμ' ἀνθρώποισι.
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ·
Ἀγρούς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄπιστον·
Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπιάζειν ἀνάγκῃ.
Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.
Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην·
Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
Μοίρας πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
Ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς.
Μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕλοιο.
Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδόν, συνέγειρε.
Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐδ' ὑπαλύξῃς.
Βέλτερον, ἀντ' ἐχθροῦ τεύχειν φίλον εὐμενέοντα.
Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι.
Μηδέ τι θηροβόρον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
Λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδονται.
Φάρμακα μὴ τεύχειν· μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
Νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ ἅπτεσθαι χεῖρα βιαίαν.
Φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔχθραν πολέμου προσιόντος.

Nè malo bene feceris: idem eſt ac ſeminare in ponto.
Opus fac, allaborans ut de propriis vivas:
Omnis enim opus fugitans homo, de furtivis vivit manibus;
Neque de alterius cœna veſcaris menſæ rejectamentis,
Sed de propriis facultatibus edas, expers contumeliæ.
Quòd ſi quis non didicit artem, fodiat bidente.
Eſt in vita omnigenum opus, ſi laborare volueris.
Nauta ſi navigare velis, mare *eſt* ſpatioſum;
Si verò agriculturam ſectari, lati campi.
Nullum opus hominibus facile eſt ſine labore,
Nec diis ipſis: labor autem virtutem magnopere adjuvat.
Formicæ, intimis terræ penetralibus relictis,
Prodeunt victûs indigentes, quando arva,
Segetibus detonſis, fructibus implent areas:
Eædem tritici recèns extritum onuſculum geſtant,
Aut hordei; ſempérq; geſtans geſtantem urget,
Ex æſtate in hyemem victum ſuum comportantes
Indefeſſum: natióque parva laborioſa eſt.
Operatur quoque aëria optiméque laborans apis,
Sive cavæ petræ in caverna, ſive in arundinibus,
Sive in antiquæ quercûs civitate, intra alvearia,
Favis milleforos per flores cereas-ſtellas-ſtruens.
Nè maneas cœlebs, nè fortè ſine nomine pereas:
Da quid naturæ & ipſe; gigne viciſſim, ſicut genitus es.
Nè proſtituas uxorem, liberis tuis maculam adſpergens;
Non enim ſimiles progignunt filios adulterini lecti.
Novercæ nè attinge ſecundos parentis lectos;
Sed ut matrem cole quæ matris veſtigiis inſiſtit.
Neque in averſandum ſororis cubile venias.
Neque pellicum patris lecto commiſcearis.
Neque mulier conceptum fœtum corrumpat in ventre;
Neq; poſt partum canibus projiciat aut vulturibus lacerandum.
Neque ullus ſuæ conjugi gravidæ manum afferat.
Nec item generationi aptum puerum marem unquam execa.
Nec cum brutis animalibus initorium in torum venias.
Nè petulanter mulierem viola ob pudendum concubitum.
Nè naturæ toros tranſilias ad venerem nefariam:
Nè ipſis quidem feris maſculi complacuerunt tori.
Nec item fœminæ maſculorum concubitus imitentur.
Neque amore mulieris totus diffluas effræni:
Non enim amor deus eſt, ſed affectus occultus omnium.
Neque fratrum uxorum conſcende cubilia.

Tuam

Μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔστ' ἐνὶ πόντῳ.
Ἐργάζου, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
Πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
Μηδ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης·
Ἀλλ' ἀπὸ οἰκείων βιότων φαγίοις ἀνύβριστος.
Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
Ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλῃσθα.
Ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλῃς, εὐρεῖα θάλασσα·
Εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μακραί τοι ἄρουραι.
Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
Οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.
Μύρμηκες γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους,
Ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι
Λήια κειράμεναι καρπῶν πλήθουσιν ἀλωάς·
Οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβέος ἄχθος ἔχουσιν,
Ἢ κριθῆς· αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει,
Ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες
Ἄτρυτον· φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.
Κάμνει δ' ἠεροφοῖτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα,
Ἢ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν,
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων
Σμήνεσι μυριότρητα κατ' ἄνθεα κηροδομοῦσα.
Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι,
Δός τι φύσει καὐτός· τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.
Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον, σὰ τέκνα μιαίνων·
Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
Μητρυιῆς μὴ ψαῦε γε δεύτερα λέκτρα γονῆος·
Μητέρα δ' ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν.
Μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπόρρητον ἐλθέμεν εὐνήν.
Μηδ' ἐπὶ παλλακίοισι πατρὸς λεχέεσσι μιγείης.
Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρὸς.
Μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶν ἕλωρα.
Μηδέ τις ᾗ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάληται.
Μηδ' αὖ παιδογόνον ποτὶ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον,
Μηδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήειον ἐς λέχος ἐλθεῖν.
Μηδ' ὕβριζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λεχέεσσι.
Μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως εἰς Κύπριν ἄθεσμον,
Οὐδ' αὐτοῖς ἄρσην θήρεσσι συνεύαδεν εὐνή.
Μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο.
Μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀνάθεκτον·
Οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, πάθος δ' ἀΐδηλον ἁπάντων,
Μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν.

Στέργε

Tuum ama conjugem. Quid enim ſuavius & præſtantius,
Quàm ſi viro conſentit chara uxor uſquè ad ſenectam,
Et maritus ſuæ uxori, neque inter eos incidit contentio?
Neq; quis ſine deſponſatione violenter puellis miſceatur.
Neq; malam uxorem domum in tuam ducito;
Nec ſervias uxori triſtis gratiâ dotis.
Equos generoſos quærere per domos,
Tauróſq; robuſtos, & feroces catulos;
Sed bonam uxorem ducere non contendimus inſipientes:
Neq; malum reſpuit mulier virum, ſi dives ſit.
Neq; nuptiis nuptias inducas, malum ſuper malo.
Liberis autem tuis ne difficilis, ſed lenis eſto:
Si verò quid deliquerit puer, caſtiget mater filium,
Aut etiam ſeniores familiæ, vel populi proceres.
Nè in maſculo puero nutrias jubam cirri,
Neq; comam criſpa, neq; nexus obliquos cincinnorum;
Maſculis non convenit coma, ſed mulieribus luxus.
Pueri formoſi juvenilem cuſtodi formam:
Multi enim rabido amore ad maſculos congreſſus feruntur.
Virginem cuſtodi bene clauſis thalamis:
Nec eam uſquè ad nuptias ante domum conſpici ſiveris.
Liberorum pulchritudo difficilis eſt cuſtoditu parentibus.
Cognatis amorem tribue, juſtamq; concordiam:
Reverere canos circum tempora, cedéq; ſenibus
Sede & honoribus omnibus: natu verò præſtantem
Senem, æqualem patris, paribus cum patre honoribus venerare;
Ventris debitam portionem præbe miniſtris.
Servo demenſum tribuas, ut tibi gratus ſit.
Notas nè ſervo imprimas, probro eum afficiens.
Servum nè lædas maledictis deferendo apud herum.
Accipe vel à ſervo, ſi rectè ſapiat, conſilium.
Caſtitas animæ, corporis eſt purgatio.
Hæc juſtitiæ arcana: ſecundum quæ viventes,
Bonam vitam uſquè ad ſenectutis limen tranſegeritis.

---

## Hi etiam verſus Phocylidi tribuuntur partim apud Athenæum, partim apud Stobæum.

Convenit autem in ſympoſio ſcyphis circumeuntibus
Suaviter garrientem & ſedentem vinum bibere.

Στέργε τεὴν ἄλοχον· τί γὰρ ἥδιον ἢ καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρις
Καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος;
Μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη.
Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι,
Λ[illegible]ύμενος δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χρείων ἕνεκα φερνῆς.
Ἵ[illegible]ς δ' εὐγενέας δίζεσθαι μὲν κατ' οἶκον,
Ταύρους δ' ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων πανάγρους·
Γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες·
Οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ' ἀπαναίνεται ἀφνειὸν ὄντα.
Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.
Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἔσο·
Ἢν δὲ δή τι παῖς ἀλίτῃ, κολουέτω ἤθεα μήτηρ,
Ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος.
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ' ἅμματα λοξὰ κορύμβων
Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κομᾶν, χλιδαῖς δὲ γυναιξί.
Παιδὸς δ' εὐμόρφου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην·
Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος.
Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσιν.
Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.
Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.
Γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
Δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.
Στίγματα μὴ γράψῃς, ἐπονειδίζων θεράποντα.
Δοῦλον μὴ βλάψῃς τι κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.
Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὐφρονέοντος.
Ἁγνεῖαι ψυχῆς, τοῦ σώματός εἰσι καθαρμοί.
Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια· οἷα βιοῦντες
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ.

Φέρεται δὲ καὶ τάδε Φωκυλίδου ἔπη, τὰ μὲν παρ' Ἀθηναίῳ, τὰ δὲ παρὰ Στοβαίῳ.

Χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων
Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

Χρηίζων

Si opibus indigeas, curam habeto pinguis agri:
Agrum enim aiunt copiæ cornu eſſe.

Et hoc Phocylidis *eſt*: Plurimos eſſe genere nobiles,
Quos neq; in verbis, neq; in conſiliis gratia ſequitur.

Et hæc Phocylidis *ſunt*: Ex quatuor iſtis nata ſunt
Mulierum genera: alia, ex cane; alia, ex api;
Alia, ex torva ſue; alia, ex equa jubata:
Ex equa nata commoda eſt, velox, diſcurrens, ſpecie præſtans;
Ex torva autem ſue, neq; mala neq; item bona *eſt*;
Ex cane verò, moleſta & fera *eſt*: Ex apicula autem,
Bona eſt rei familiaris adminiſtratrix, & ſcit optimè facere:
Cujus chare ſodalis, nuptias deſiderabiles ſortiri exopta.

# PYTHAGORÆ
## AUREA CARMINA.

PRimùm deos immortales, ut lege ordinatum eſt,
Cole; & jusjurandum obſerva: deinde heroas præclaros,
Et inferos dæmonas venerare, legitima *eis ſacra* faciens:
Parentéſq; honora, & qui genere tibi proximi ſunt.
Cæterorum verò tibi amicum virtute fac, quiſquis *eſt* optimus.
Lenibus cede verbis factiſq; utilibus.
Nec oderis amicum tuum exigui peccati causâ,
Quoad poteris: potentia enim prope neceſſitatem habitat.
Hæc quidem ſic teneas. Cæterùm his ſuperior eſſe aſſueſce,
Ventre quidem primùm, & ſomno, & libidine,
Et iracundiâ. Turpe verò quippiam nunquam facies nec cum alio,
Nec tecum: ſed omnium maximè teipſum reverere.
Deinde juſtitiam exerce, & verbis & factis.
Neque inconſideratè te in ulla re gerere aſſueſce;
Sed nôris quòd omnibus fato deſtinatum ſit mori:
Pecuniæ verò aliàs acquiri ſolent, aliàs perdi.
Quáſq; divinâ ſorte homines calamitates habent,
Earum quamcunq; portionem habes, leniter fer, nec indignare:
Mederi tamen *illis* decet, quantum potes. Sic verò cogita;
Non admodum multum bonis *viris* Parca de illis tribuit.
Multi verò inter homines tam mali quam boni ſermones

Incidunt;

Χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ·
Ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ἀμαλθείης κέρας εἶναι.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· Τὸ πλέον γένος εὐηθὲς εἶναι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Καὶ τάδε Φωκυλίδεω· Τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
Φῦλα γυναικείων· ἡ μὲν κυνός, ἡ δὲ μελίσσης,
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ' ἵππου χαιτηέσσης·
Εὔφορος ἥδε, ταχεῖα, περίδρομος, εἶδος ἀρίστη·
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ' ἂρ κακὴ οὐδὲ μὲν ἐσθλή·
Ἡ δὲ κυνός, χαλεπή τε καὶ ἄγριος· ἡ δὲ μελίσσης,
Οἰκονόμος τ' ἀγαθή, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
Ἧς εὔχου, φίλ' ἑταῖρε, λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.

# ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ

## ΧΡΥΣΑ ἜΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς·
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων,
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει, ἔργῳ τε λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσά τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ, ὧδε δὲ φράζευ·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ

Incidunt ; quibus neque exterrearis, neque ſinas
Te dimoveri *ab inſtituto.* Mendacii verò ſi quid dicatur,
Leniter ſuſtine. Quod autem *nunc* dicam, per omnia perficito:
Nemo tibi neque verbis neque factis perſuadeat,
Ut facias dicáſve quod tibi non ſit commodum.
Conſulta ante opus, ut nè ſtulta *indè* exiſtant.
Stolidi utiq; eſt viri & facere & dicere inconſiderata.
Verùm ea perage, quæ te poſtea non moleſtent.
Nihil autem illorum age quæ ignoras ; ſed diſce
Quæcunq; opus eſt ; atque ità jucundiſſimam vitam tranſiges.
Neq; ſanitatem, quæ corpori debetur, neglectui habere oportet;
Sed modum in potu, cibo, & exercitiis
Adhibere: Modum autem voco id, quod tibi dolorem non pariat.
Sed aſſueſce victum habere purum, non delicioſum.
Et cave ea facere quæcunque invidiam habent.
Nec ſumptus importunè facias, velut honeſti ignarus ;
Nec illiberalis ſis : Modus quippe in omnibus optimus.
Fac ea quæ tibi non noceant : & ante opus delibera.
Neque ſomnum mollibus oculis admittas,
Priuſquam diurnorum operum ſingula ter *animo* percurras :
Ubi tranſilii? quid feci? quid mihi, cùm oporteret, non peractum (eſt?
Exorſus autem à primo percenſe : & deinde
Turpibus quidem perpetratis, increpare; bonis verò, delectare.
Hæc elabora ; hæc meditare ; hæc te amare oportet :
Hæc te in divinæ virtutis veſtigia conſtituent,
Ità certè per eum qui animæ noſtræ tribuit quaternum
Fontem perennis naturæ. Cæterùm ad opus accede,
Deos ut *id* perficiant precatus. Hæc adeptus,
Cognoſces & immortalium deorum & mortalium hominum
Conſiſtentiam, quâ & tranſeunt ſingula, & continentur.
Cognoſces, quà fas eſt, naturam in omni re ſimilem:
Ut neq; ſperes non ſperanda, neq; quicquam *te* lateat.
Cognoſces quoq; homines ſuâ ſponte accerſita mala habere.
Miſeri, qui bona cùm propè ſunt, non inſpiciunt,
Neq; audiunt. Malorum verò ſolutionem pauci intelligunt.
Talis ſors hominum lædit mentes : illi verò cylindris
Aliàs aliò feruntur, infinita habentes mala.
Triſtis enim comes lis latenter nocet,
Congenita; quam non decet accerſere, ſed cedendo fugere.
Jupiter pater, aut multis omnes ſolveres malis,
Aut omnibus, quali fortunâ ſint uſuri, monſtrares.
Sed tu confide ; quandoquidem divinum eſt mortalibus genus,

Προσπίπτουσ'· ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν. ψεῦδος δ' ἢν πέρ τι λέγηται,
Πρᾴως ἴσχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω ἐπὶ παντὶ τελείσθω·
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ μήτε τι ἔργῳ
Πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ 'πίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου
Ὅσσα χρεών· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή,
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσῃ.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι. μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα,
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε·
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει,
Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.
Γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην·
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
Τλήμονες, οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι. λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· οἱ δὲ κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθεν
Σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Ἢ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,

Quibus ſancta proferens natura oſtendit ſingula.
Quorum ſiqua tibi portio eſt, tenebis quæ te jubeo,
Medelâ adhibitâ, & animam ab iſtis ærumnis liberabis.
Sed abſtine eduliis quæ diximus, cùm in purgationibus
Tum in animæ ſolutione dijudicans: & ſingula conſidera;
Aurigâ ſupernè conſtitutâ optimâ ratione.
Quòd ſi relicto corpore ad liberum æthera perveneris,
Eris immortalis Deus incorruptibilis, nec ampliùs mortalis.

*Ejuſdem.*

Parce tuæ vitæ, nè ipſam animi affectibus devores.

# EX SOLONIS ELEGIIS.

Memoriæ & Jovis Olympii inclytæ filiæ,
Muſæ Pierides, audite me precantem.
Felicitatem mihi à diis beatis præbete, & ab omnibus
Hominibus ſemper bonã habere exiſtimationẽ;
Et jucundum hic amicis eſſe, inimicis autem acerbum;
Illis quidem venerandum, his autem formidabilem aſpectu.
Pecunias porro deſidero quidem habere; injuſtè verò poſſidere
Nolo: omnino *enim* vindicta tandem venit.
Ac divitiæ quidem quas dii tribuerint, manent homini
Stabiles ab imo fundo ad verticem uſque:
Quas verò colunt homines, ab injuria non ritè
Proveniunt, ſed injuſtis operibus pellectæ
Sequuntur invitæ, ſtatimq; permiſcentur calamitati;
Initium autem à parvo *momento* fit, tanquam ignis,
Leve quidem primùm, ſed deſinit dolorificum:
Non enim diu mortalibus injuriæ opera durant.
Sed Jupiter finem inſpicit omnium, atque repentè
Ut ventus nubes illico diſſipat
Vernus, qui fluctuoſi maris immenſi
Agitans fundum, *&* per terram triticiferam

Lætas

Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟ'ΛΩΝΟΣ

## ἘΛΕΓΕΙΩ͂Ν.

ΜΝημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
Ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
Ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν.
Εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν·
Τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.
Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.
Πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ
Ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος ἐς κορυφήν·
Ὃν δ' ἄνδρες τιμῶσιν, ὑφ' ὕβριος οὐ κατὰ κόσμον
Ἔρχεται, ἀλλ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενος,
Οὐκ ἐθέλων ἕπεται, ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτῃ·
Ἀρχὴ δ' ἐξ ὀλίγου γίγνεται ὥστε πυρός,
Φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ·
Οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει.
Ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος· ἐξαπίνης δὲ
Ὥστ' ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν
Ἠρινός, ὃς πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο
Πυθμένα κινήσας, γῆν κατὰ πυροφόρον

 Δῃώσας

Lætas vaſtans ſegetes, ad deorum ſedem in altum pervenit
Cœlum, & rurſus ſerenitatem ſpectandam exhibet:
Relucétque vis ſolis per terram opimam
Pulchrè, nubium verò nihil ampliùs eſt videre.
Talis eſt *quoque* vindicta Jovis: neque ob quodlibet,
Ut mortalis homo, eſt citus in iram.
Cæterùm non ſemper latet in perpetuum, quicunq; ſceleroſum
Pectus habet; ſed omnino tandem detectus apparuit:
At hic quidem ſtatim luit, ille póſt. Quòd ſi fugerint
Ipſi, nec deorum fatum inſecutum eos corripuerit;
Omnino tandem venit, atque immeriti facinora luunt
Liberi primorum autorum in poſterum.
Nos verò mortales ità cogitamus ſimul bonus & malus
Quiſque opinionem bonam quam ipſe habet,
Donec aliquid patiatur; tum rurſus luget: antea verò
Oſcitantes, levi ſpe fovemur.
Quòd ſi quis morbis difficilibus implicetur,
Sanum ſe futurum, animum inducit.
Alius cùm timidus ſit, fortis *ſibi* eſſe videtur vir:
Et pulcher *ſibi eſſe videtur*, homo deformis.
Alius carens pecuniis, & paupertatis preſſus onere,
Multas ſe tamen poſſidere putat opes.
Accelerat aliunde alius. Hic quidem per mare vagatur
In navibus, cupiens lucra referre domum,
*Per mare, inquam,* piſcoſum, ventis agitatus periculoſis,
Nihil penitus animæ, *id eſt vitæ ſuæ,* parcens.
Terrram ſcindens alius arboroſam, in annum
Servit iis quibus curva ſunt aratra curæ.
Eſt qui Minervæ, & multas callentis artes Vulcani
*Inſtrumenta tenens,* operoſis manibus victum colligit.
Alius, Olympiadem Muſarum munera doctus,
Amabilis ſapientiæ modum aſſequitur.
Alium venerabilis jaculator Apollo vatem effecit,
Qui malum homini veniens de longè praenovit,
Quîcum dii converſari fuerint. Verum fatalia prorſus
Nec ullum ſolvet augurium, neq; ſacrificia.
Sunt qui Pæonis multa pharmaca tenentis opera exerceant
Medici: hos quoque nullus conſequitur finis.
Sæpe enim è modico dolore morbus fit magnus;
Quem nemo ſolverit blanda remedia præbens.
Alterum malis ægritudinibus & moleſtiis agitatum
Manibus contingens *quiſpiam* illico ſanum reddit.

Fatum

Δηώσας καλὰ ἔργα, θεῶν ἕδος αἰπὺν ἱκάνει
Οὐρανόν, αἰθρίην δ' αὖθις ἔθηκεν ἰδεῖν·
Λάμπει δ' ἠελίοιο μένος κατὰ πίονα γαῖαν
Καλόν, ἀτὰρ νεφέων οὐδὲν ἔτ' ἐστὶν ἰδεῖν.
Τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ,
Ὥσπερ θνητὸς ἀνήρ, γίγνεται ὀξύχολος.
Αἰεὶ δ' οὔ τε λέληθε διαμπερὲς ὅστις ἀλιτρὸν
Θυμὸν ἔχει, πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη·
Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον. εἰ δὲ φύγωσιν
Αὐτοί, μηδὲ θεῶν μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
Ἤλυθε πάντως. αὐτίκ' ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν
Οἱ παῖδες τούτων ἡγεμόνων ὀπίσω.
Θνητοὶ δ' ὧδε νοοῦμεν ὁμῶς ἀγαθός τε κακός τε
Ἐσθλὴν ἣν αὐτὸς δόξαν ἕκαστος ἔχει,
Πρίν τι παθεῖν· τότε δ' αὖτις ὀδύρεται· ἄχρι δὲ τούτου
Χάσκοντες, κούφαις ἐλπίσι τερπόμεθα.
Χ' ὅστις μὲν νούσοισιν ὑπ' ἀργαλέῃσι πιεσθῇ,
Ὡς ὑγιὴς ἔσται, τοῦτο κατεφράσατο.
Ἄλλος δειλὸς ἐών, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνήρ·
Καὶ καλός, μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων.
Εἰ δέ τις ἀχρήμων, πενίης δέ μιν ἔργα βιᾶται,
Κτήσασθαι πάντως χρήματα πολλὰ δοκεῖ.
Σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος. ὁ μὲν κατὰ πόντον ἀλᾶται
Ἐν νηυσὶ χρήζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν,
Ἰχθυόεντ', ἀνέμοισι φορεύμενος ἀργαλέοισι,
Φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίαν θέμενος.
Ἄλλος γῆν τέμνων πολυδένδρεον, εἰς ἐνιαυτὸν
Λατρεύει τοῖσιν καμπύλ' ἄροτρα μέλει.
Ἄλλος Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίστου πολυτέχνεω
Ἀργαλέοιν χειροῖν ξυλλέγεται βίοτον.
Ἄλλος, Ὀλυμπιάδων Μουσέων πάρα δῶρα διδαχθεὶς
Ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος.
Ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Ἔγνω δ' ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν ἐρχόμενον,
Ὧ συνομαρτήσωσι θεοί· τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
Οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται, οὔθ' ἱερά.
Ἄλλοι Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργα ἔχοντες
Ἰητροί· καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος.
Πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
Κοὔ τις λύσαιτ' ἂν ἤπια φάρμακα δούς.
Τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε,
Ἁψάμενος χειροῖν, αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.

Fatum profectò mortalibus adducit mala ſimul & bona;
Nec dona divûm fugeris immortalium.
Omnibus ſanè factis periculum ineſt: neq; quis dignoſcit,
Quà ſe convertat in principio negotii.
Eſt qui rem aggredi quàm optimè ſibi proponit: ſed improvidus
In magnam noxam difficilémque ruit.
Alteri opera ſua malè inſtituenti Deus in omnibus largitur
Succeſſum bonum & liberationem ab imperitia.
Porro divitiarum hominibus nullus conſtitutus eſt terminus:
Nam qui inter nos nunc plurimum poſſident victum,
Bis tantum quærunt. Quiſnam ſatiaverit omnes?
Lucra quidem mortalibus dederunt immortales:
Sed emergit ex ipſis noxa; quam cùm Jupiter
Miſerit ut ſumat pœnas, aliàs alius ipſam experitur in ſe.

## *Ejuſdem.* II.

Noſtra verò urbs nunquam occidet Jovis
Fato, & deorum immortalium ſententiâ.
Nam magnanima ſpeculatrix Jove-prognata
Pallas Minerva ſuis eam manibus protegit.
Ipſi autem celebrem urbem evertere ſtoliditate
Cives volunt pecuniis dediti:
Populíque ducum mens injuſta; quibus uſitatum eſt
Ex crebra injuria plurimos ſibi dolores conciliare.
Nequeunt enim ſatietatem capere, præſentémque
Victûs jucunditatem moderari in tranquillitate;

* * * * * *

Diteſcunt verò injuſtis ſtudentes operibus.

* * * * * *

Neque ſacris poſſeſſionibus, neque ærariis
Parcentes, furantur direptionibus aliunde alius:
Neque ſancta juſtitiæ ſcita curant.
Illa quidem tacens præteritorum conſcia, & præſentia cernens,
Suo tempore omnino venit, ut pœnas exigat.
Hinc ergo univerſæ urbi venit immedicabile ulcus,
Inciditque repentè in moleſtam ſervitutem:
Quæ civilem ſeditionem, ſopitúmq; bellum excitat,
Quod plurimorum jucundam ſubvertit ætatem.
Ab hoſtibus enim ſubitò ſuis urbs amabilis
Opprimitur præliis, quæ amicos injuriâ afficiunt.
Hæc quidem in populo mala accidunt: ſed ex pauperibus
Multi in peregrinam terram deveniunt

Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει ἠδὲ καὶ ἐσθλόν·
Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.
Πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐφ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν
Ἧ χήσειν μέλλει χρήματος ἀρχομένου.
Ἀλλ' ὁ μὲν εὖ ἔρδειν πειρώμενος, οὐ προνοήσας
Ἐις μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσε.
Τῷ δὲ κακῶς ἔρδοντι θεὸς περὶ πάντα δίδωσι
Συντυχίην ἀγαθὴν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.
Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται·
Οἱ γὰρ νῦν ἡμῶν πλεῖστον ἔχουσι βίον,
Διπλασίως σπεύδουσι. τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
Κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι·
Ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπόταν Ζεὺς
Πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.

Ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται 4
Αἶσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.
Αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι.
Δήμου δ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος· οἷσιν ἑτοῖμον
Ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν·
Οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας
Εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ.

* * *

Πλουτοῦσιν δ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενοι.

* * *

Οὐθ' ἱερῶν κτεάνων, οὔτε τι δημοσίων
Φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος·
Οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ Δίκης θέμεθλα.
Ἣ σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἐόντα,
Τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισαμένη.
Ταῦτ' ἤδη πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
Ἐις δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην.
Ἣ στάσιν ἔμφυλον πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει,
Ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην.
Ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
Τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
Ταῦτα μὲν ἐν δήμῳ στρέφεται κακά· τῶν δὲ πενιχρῶν
Ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπήν.

Πρα-

Venditi, vinculíſque indignis conſtricti.

*****

Sic publicum malum privati cujuſlibet ædes occupat,
Nec veſtibulares excludere illud poſſunt januæ:
Altos etiam ſuper muros tranſcendit; & prorſus invenit,
Sive quis in latebras fugiat, ſive in lecto ſe *abſcondat*.
Horum monuiſſe animus me jubet Athenienſes,
Quàm multa mala iniquitas urbi conciliet.
Æquitas verò modeſtiam, & omnia recta parit,
Et ſemper injuſtis compedes injicit:
Aſpera mitigat, faſtidium ſedat, injuriam repellit,
Malíque naſcentis diſperdit ſemina:
Jus pravum corrigit, elata corda
Manſuefacit, ſeditioníſque opera compeſcit:
Reprimit etiam acerbæ litis bilem: & geruntur, cùm ea regnat,
Omnia inter homines integrè & prudenter.

## *Ejuſdem.* III.

Siqua mala paſſi eſtis ob malitiam veſtram,
Non cauſam illorum diis imputetis.
Ipſi enim eos *qui vos opprimunt* auxiliis dona mittendo,
Eámque ob cauſam durâ nunc premimini ſervitute.
Veſtrûm autem quilibet vulpis incedit veſtigiis,
Omnibúſque vobis mens ineſt mollis.
Linguam enim hominis inſpicitis, & verſuta verba:
In opus verò quod ſit aggrediendum, non intenditis.

## *Ejuſdem.* IV.

Ex nube grandinéque nivis exiſtit vis;
Tonitrus quoque ex micante naſcitur fulgure:
A ventis autem mare turbatur; quod niſi quis
Moveat, omnium eſt juſtiſſimum.
Per magnos viros *ſæpe* civitas perit & in Monarchæ
Servitutem populus ex imprudentia venit.
Populo enim tantam permiſi poteſtatem, quanta ſufficiebat,
Nulli honorem vel detrahens, vel tribuens.
Qui verò potentiâ eminebant, opibúſq; erant ſuperbi,
His præcepi, nè quid præter decorum committerent.
Valido verò munivi ſcuto utroſque,
Et neutram partem injuſte ſuperiorem eſſe conceſſi.

*Ejuſdem.*

Πραθέντες, δεσμοῖσί τ' ἀεικελίοισι δεθέντες.

* * * *

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ,
Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι·
Ὑψηλὸν δ' ὑπὲρ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντως,
Εἰ καί τις φεύγων ἐν μυχῷ, ἢ θαλάμῳ.
Ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
Ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυσνομία παρέχει.
Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας·
Τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα·
Εὐθύνει δὲ δίκας σκολιὰς, ὑπερήφανά τ' ἔργα
Πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης.
Παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἔστι δ' ὑπ' αὐτῆς
Πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'.

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μήτι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε ῥύσια δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἔχετε δουλοσύνην.
Ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
Σύμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.
Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρός.
Εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

Τοῦ αὐτοῦ. δ'.

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης·
Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς.
Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.
Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς δὲ μονάρχου
Δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσε.
Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσσον ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι,
Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' ἀμφοτέρους ἀδίκως.

### *Ejuſdem.* V.

Tu quidem Soliis diu hîc imperans
Urbémque genúſque veſtrum colas.
Sed me celere in navi ab inclyta inſula
Incolumem Venus violis-redimita dimittat:
Propterq; habitationem hanc gratiam largiatur & gloriam
Bonam, & reditum in patriam noſtram.

### *Ejuſdem.* VI.

Olim utinam fuerim Pholegandrius aut Sicinites,
Ac mutata foret Attica terra mihi!
Nam ſubitò fama hæc hominum volitabit ad aures;
Atticus unus adeſt, qui Salamina fugit.
Quin Salamina igitur, ſarturi dedecus, imus,
Subdita quod nobis inſula reſtituet.

### *Ejuſdem.* VII.

Breve ſanè tempus meam oſtendet civibus inſaniam:
Oſtendet, *inquam*; veritate in medium prodeunte.

### *Ejuſdem.* VIII.

Nullus hominum beatus eſt: ſed mali
Sunt omnes, quotquot mortalium ſol adſpicit.

### *Ejuſdem.* IX.

Nec mihi ſine luctu mors eveniat: ſed amicis
Mortuus relinquam dolores & ſuſpiria.

### *Ejuſdem.* X.

Satietas injuriam parit, ſi multæ affluant opes.

## SUNT ET HÆC EJUSDEM *SOLONIS* XI.

Philo *libro primo De mundi opificio.*
Clemens Alexandr. *libro ſexto Stromatum.*

Puer impubis adhuc infans, ſeptum dentium
Producit primis ſeptem annis.
Poſtquam verò alios ſeptem ei conceſſerit annos Deus,
Pubis indicia generationi aptæ apparent.
Ætate tertiâ mento augeſcentibus jam membris
Increſcit mutabilis coloris lanugo.

Quartâ

### Τοῦ αὐτοῦ. ε'.

Ἀλλὰ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων,
Τήν τε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον.
Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος.
Οἰκισμῷ δ' ἐπὶ τῷδε χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοι
Ἐσθλὸν, καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

### Τοῦ αὐτοῦ. ς'. 2

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης
Ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος·
Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο,
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.
Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
Ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

### Τοῦ αὐτοῦ. ζ'.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς· 10
Δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

### Τοῦ αὐτοῦ. η'.

Οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτός· ἀλλὰ πονηροὶ 14
Πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

### Τοῦ αὐτοῦ. θ'.

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι· ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

### Τοῦ αὐτοῦ. ι'.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται. 8

## ἘΣΤΙ ΔῈ ΚΑῚ ΤΑΥ͂ΤΑ ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ΣΌΛΩΝΟΣ. ια'.

ΦΊΛΩΝ βιβλ. α'. περὶ κόσμου.
ΚΛΗΜΗ͂Σ Ἀλεξανδρ. ς'. Στρωμάτων. 27

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτοὺς,
Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
Λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.

Τῇ

Quarto ſeptenario quiſque præſtantiſſimus eſt
  Robore, ipsique viri ſigna virtutis edunt.
Quintus maturum jam virum nuptias moliri ſuadet,
  Et liberorum ſuſcipere poſteritatem.
Sexto in omnia hominis animus intenditur,
  Et vilia perficere ampliùs opera recuſat.
Septimo ſeptenario intelligentiâ & linguâ fiet optimus,
  Et octavo, conjunctis illis totis annis quatuordecim.
Nono adhuc aliquid poteſt: verùm remiſſior eſt ipſius
  Ad virtutes præclaras tam eloquentia, quàm ſapientia.
Decimum tandem ſiquis moderatè contigerit ſeptenarium,
  Jam non immaturus mortis fatum ſubeat.

## EJUSDEM, DE DEO,
*Ex Clemente*, XII.

Cognitionis obſcuram difficile eſt cognoſcere
  Menſuram, quæ omnium rerum terminos ſola continet.

*Ex eodem.* XIII.

Ipſe enim omnium rex & dominus eſt,
Et vel ex immortalibus nemo imperium tale habet.

*Ejuſdem.* XIV.

Omnino hominibus obſucra mens deorum eſt.

*Ejuſdem.* XV.

Primùm quidem Jovem Saturnium precemur,
Ut legibus his proſperum ſucceſſum & gloriam largiatur.

## APOLLINIS *ad* SOLONEM.

Sede in media navi gubernatorum munus
Subiens: multi Athenienſes tibi aderunt adjutores.

## SOLONIS. XVI.

Nunc autem Veneris & Bacchi munera grata mihi ſunt,
  Et Muſarum, quæ gaudio homines afficiunt & recreant.

*Ejuſdem.* XVII.

Seneſco autem ſemper multa diſcens.

Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς ἐνὶ ἑβδομάδεσσιν ἄριστος
Ἰσχύν, οἵ τ᾽ ἄνδρες σήματ᾽ ἔχουσ᾽ ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ᾽ ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἂρ γάμου εἶναι,
Καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.
Τῇ δ᾽ ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
Οὐδ᾽ ἔρδειν ἔθ᾽ ὁμῶς ἔργ᾽ ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ᾽ ἄριστος,
Ὀκτὼ δ᾽, ἀμφότερα τέσσαρα καὶ δέκ᾽ ἔτη.
Τῇ δ᾽ ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται· μαλακώτερα δ᾽ αὐτοῦ
Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
Τῇ δεκάτῃ δ᾽ εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

## ΤΟΥ͂ ἘΑΥΤΟΥ͂, ΠΕΡΙ͂ ΘΕΟΥ͂,
### Ἐκ τοῦ Κλήμεντος. ιβ΄.

Γνωμοσύνης δ᾽ ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
Μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

### Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ιγ΄.

Αὐτὸς γὰρ πάντων βασιλεὺς καὶ κοίρανός ἐστιν,
Ἀθανάτων τε· ὁ δ᾽ οὔτις ἐρήρεισται κράτος ἄλλος.

### Τοῦ αὐτοῦ. ιδ΄.

Πάντῃ δ᾽ ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι.

### Τοῦ αὐτοῦ ιε.

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι

## ἈΠΟ΄ΛΛΩΝΟΣ πρὸς ΣΟ΄ΛΩΝΑ.

Ἧσο μέσην κατὰ νῆα κυβερνητήριον ἔργον
Εὐθύνων· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

### Τοῦ αὐτοῦ ις΄.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ᾽ ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

### Τοῦ αὐτοῦ ιζ΄.

Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

# E SUIDA, DE TYRTÆO.

TYRTÆUS, Archimbroti *filius*, Lacon aut Mileſius, Elegiarum ſcriptor & tibicen: qui carminibus ſuis fertur Lacedæmoniis, cùm adverſus Meſſenios bellum gererent, victoriæ autor fuiſſe. Eſt autem vetuſtiſſimus, utpote qui eodem tempore cum ſeptem qui vocantur, Sapientibus vixerit; aut etiam antiquior. Floruit ſaltem circa 35 Olymp. Scripſit præcepta vitæ verſibus Elegiacis, & carmina de bello libris quinque.

# E TYRTÆO,

*De bellica virtute.*

## I.

NOn memorandus mihi vir, nec in pretio habendus
Seu virtutis pedum ſeu gratiâ luctæ; (videtur,
Neq; ſi Cyclopũ habeat magnitudinem & robur,
Et currendo vincat Thracium Aquilonem;
Et formâ ſit vel ipſo Tithono præſtantior,
Et locupletior quàm aut Midas aut Cinyras *reges*;
Neque ſi Tantalidem Pelopem regno vincat,
Linguámque Adraſti ſuaviſſimam habeat;
Neq; ſi gloriam omnem præter bellicam fortitudinem habeat:
Non enim vir bonus eſt in bello,
Si non ſuſtineat cædem videre cruentam,
Et propiùs hoſtem ſtare cupiat.
Hæc virtus *eſt*, hoc optimum inter homines præmium,
Et maximè decorat virum juvenem, à quo geritur.
Commune hoc bonum *eſt* civitati, & univerſo populo,
Si quis vir progreſſus inter pugnantes-in-prima-acie maneat
Conſtanter, turpiſque fugæ prorſus obliviſcatur,
Vitam & animum patientem objiciens *periculo*;
Animétq; ad mortem obeundam proximum virum adſtans:
Hic vir bonus eſt in bello.
Statim verò hoſtium in fugam vertit phalanges
Aſperas, ſuâque induſtriâ prælii fluctus regit.
Ipſe autem in prima acie proſtratus charam amittit vitam,
Civitatem, & populos, & patrem honeſtans;
Multis per pectus & ſcutum rotundum vulneribus
Et per thoracem ab anteriore parte ſauciatus.

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΙ͂ΔΑ.

## Περὶ Τυρταίου.

Τυρταῖος Ἀρχιμβρότου, Λάκων ἢ Μιλήσιος, ἐλεγειοποιὸς καὶ αὐλητής· ὃν λόγος τοῖς μέλεσι χρησάμενον Λακεδαιμονίους πολεμοῦντας Μεσσηνίοις ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι. ἔστι δὲ παλαίτατος, σύγχρονος τοῖς ἑπτὰ κληθεῖσι σοφοῖς, ἢ καὶ παλαίτερος. ἤκμαζε γοῦν κατὰ τὴν λε' Ὀλυμπιάδα. ἔγραψεν ὑποθήκας δι' ἐλεγείας καὶ μέλη πολεμιστήρια εἰς βιβλία ε'.

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΤΥΡΤΑΙ͂ΟΥ,

## Περὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς.

α'.

ὌΥΤ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην,
Οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης·
Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε
Νικώη δὲ θέων Θρηΐκιον βορέην·
Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,
Πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύραο πλέον·
Οὐδ' εἰ Ταντταλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,
Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι·
Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς.
Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα,
Καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος.
Ἡ δ' ἀρετή, τόδ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον,
Κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.
Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε, παντί τε δήμῳ,
Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ
Νωλεμέως, αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγχυ λάθηται,
Ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος·
Θαρσύνῃ δὲ πεσεῖν τὸν πλησίον ἄνδρα παρεστώς·
Οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.
Αἶψα δὲ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας
Τρηχείας, σπουδῇ τ' ἔσχεθε κῦμα μάχης.
Αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμόν,
Ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατέρ' εὐκλεΐσας·
Πολλὰ διὰ στέρνοιο καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης,
Καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος·

Hunc verò lugent pariter juvenéſque ſenéſque,
   Et gravi deſiderio tota civitas funus ipſius proſequitur.
*Hujus* ſepulcrum & liberi inter homines præclari ſunt,
   Itémque nepotes, & omne poſterorum genus.
Nunquam ejus bona gloria interit, neque nomen ipſius,
   Sed, quamvis ſub terra ſit, manet immortalis,
Quem ſe fortiter gerentem, manentémque, & pugnantem
   Pro patria & liberis vehemens Mars peremerit.
Quòd ſi effugerit ſortem mortis longum-inducentis-ſoporem,
   Et victoriâ potitus ſplendidam gloriam pugnæ auferat:
Ipſum ex æquo omnes juvenéſque ſenéſque colunt,
   Multíſque jucundis affectus ad Orcum abit.
Seneſcens autem inter cives præcellit, neque quis illum
   Lædere nec irreverenter nec injuſtè cupit;
Omnéſque in ſedibus juvenes ſimul & æquales
   Loco cedunt ei, quíque majores natu ſunt.
Hujus igitur virtutis ad ſummum pervenire nunc aliquis
   Nitatur animo, non remittens bellum.

## *Ejuſdem, aliàs* CALLINI. II.

Quamdiu torpetis? quando ſtrenuum habebitis animum,
   O juvenes? an non veremini vicinos
Ob tantam ignaviam? In pace autem *vobis* videmini
   Sedere: ſed bellum totam regionem infeſtat.

*****

   Et aliquis moriens ultimò jaculum emittat.
Honori enim eſt & ornamento viro, pugnare
   Pro patria & liberis & tenera uxore
Adverſus hoſtes. Mors autem aderit quandocunque
   Parcæ deſtinaverint. Sed agè quiſpiam rectà pergat
Extenſo in altum gladio, & ſub ſcuto forte pectus
   Foveat cùm primùm incipit committi pugna.
Non enim mortem effugere fatale eſt
   Virum, neque ſi à majoribus immortalibus genus ducat.
Sæpe *quis* elapſus è pugna ſonitúque telorum
   Evadit, ſed ipſum domi fatalis mors apprehendit.
Atque hic ſanè nec amicus eſt populo, nec gratus:
   Illum verò magnus & parvus deflent, ſi quid paſſus fuerit,
Univerſus enim populus virum fortem deſiderat
   Defunctum, viventem verò inſtar ſemidei colit.
Nam coràm intuentur illum velut turrim:
   Quippe ſolus multorum æquat facinora.

Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
 Ἀργαλέῳ δὲ πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
Καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀείσημοι,
 Καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.
Οὐδέποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,
 Ἀλλ', ὑπὸ γῆς περ ἐών, γίγνεται ἀθάνατος,
Ὅντιν' ἀριστεύοντα, μένοντά τε, μαρνάμενόν τε
 Γῆς πέρι καὶ παίδων θοῦρος Ἄρης ὀλέσῃ.
Εἰ δὲ φύγῃ μὲν κῆρα τανηλεγέος θανάτοιο,
 Νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν εὖχος ἕλοι·
Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ παλαιοί,
 Πολλὰ δὲ τερπνὰ παθὼν ἔρχεται εἰς ἀΐδην.
Γηράσκων δ' ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν
 Βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.
Πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν
 Εἴκουσ' ἐκ χώρης, οἵ τε παλαιότεροι.
Ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἱκέσθαι
 Πειράσθω, θυμὸν μὴ μεθιεὶς πολέμου.

## Τοῦ αὐτοῦ ἢ ΚΑΛΛΙ'ΝΟΥ. β'.

Μέχρις τεῦ κατάκεισθε; κότ' ἄλκιμον ἕξετε θυμόν,
 Ὦ νέοι; οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφιπερικτίονας,
Ὧδε λίην μεθιέντες; ἐν εἰρήνῃ δὲ δοκεῖτε
 Ἧσθαι· ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἅπασαν ἔχει.

* * * * *

Καί τις ἀποθνήσκων ὕστατ' ἀκοντισάτω.
Τιμῆέν τε γάρ ἐστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 Γῆς πέρι, καὶ παίδων, κουριδίης τ' ἀλόχου,
Δυσμενέσιν. θάνατος δὲ ποτ' ἔσσεται, ὁππότε κεν δὴ
 Μοῖραι ἐπικλώσωσ'. ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω,
Ἔγχος ἀνασχόμενος, καὶ ὑπ' ἀσπίδος ἄλκιμον ἦτορ
 Ἔλσας τοπρῶτον μιγνυμένου πολέμου.
Οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστὶν
 Ἀνδρ', οὐδ' εἰ προγόνων ᾖ γένος ἀθανάτων.
Πολλάκι δηϊοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
 Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου.
Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἔμπας δήμῳ φίλος, οὐδὲ ποθεινός·
 Τὸν δ' ὀλίγος στενάχει, καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ.
Λαῷ γὰρ ξύμπαντι πόθος κρατερόφρονος ἀνδρὸς
 Θνήσκοντος, ζώων δ' ἄξιος ἡμιθέων.
Ὥσπερ γάρ μιν πύργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσιν·
 Ἔρδει γὰρ πολλῶν ἄξια μοῦνος ἐών.

Ejuſdem. III.

Veruntamen Herculis genus invictum eſtis:
Confidite; nondum Jovis facies averſa eſt à nobis.
Nec hominum turbam formidetis aut metuatis,
Quin rectà quiſque hoſtibus ſcutum obvertat.
Inviſam amiſſurus animam, mortíſque nigrum,
Sed ſolis ſplendori gratum, ſubiturus fatum.
Nôſtis enim quàm gravia ſint Martis luctuoſi opera,
Nôſtis etiam impetum permoleſti belli:
Et quando fugiſtis ipſi, quandoque alios fugâſtis,
Juvenes, utrumque ſatis experti eſtis.
Nam ex illis qui audent unà perſiſtentes
Cominus in hoſtes adverſos impetum facere,
Perpauci occidunt, retróque ſervant populum:
Timidorum autem virorum omnis perit virtus.
Vix autem verbis aliquis explicare poſſit,
Quanta incurrat mala vir qui ſe turpiter dederit.
Ignominioſum namque eſt tergum ſauciare
Viri fugientis in adverſo prælio.
Turpe quoque eſt cadaver in pulvere proſtratum
Atque in tergo haſtæ cuſpide vulneratum.
Sed progreſſus quiſpiam maneat firmus utroque pede
Terræ infixo, labia dentibus præmordens:
Femora & tibias infernè necnon pectus humeróſque
Lati clypei umbone contegens:
Dextrâ verò manu validam haſtam torqueat,
Terribilémque in capite criſtam motet.
Fortia aggrediens facta diſcat bellare,
Nec à telis procul abſit clypeum gerens.
Sed congrediens quiſpiam cominus longâ haſtâ
Vel gladio percuſſurus hoſtem capiat:
Et pedem pedi jungens, clypeúmq; clypeo admovens,
Necnon criſtam criſtæ, galeámq; *aptans* galeæ,
Pectoríque adverſo pectore contra hoſtem pugnet,
Vel gladii capulo, vel haſtà prælongâ arreptâ.
Vos autem, levis-armaturæ-milites, ſub ſcutis aliunde alii
Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,
Haſtáſque leves contorquete in hoſtes,
*Veſtram* prope armaturam permanentes.

Τοῦ αὐτοῦ. γʹ.

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνίκητον γένος ἐστέ·
Θαρσεῖτ', οὔπω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.
Μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε μηδὲ φοβεῖσθε·
Ἰθὺς δ' ἐς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω,
Ἐχθρὴν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
Αὐγαῖσιν κῆρας ἠελίοιο φίλας.
Ἴστε γὰρ ὡς Ἄρεος πολυδακρύτου ἔργ' ἀΐδηλα,
Εὖ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου·
Καὶ μετὰ φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
Ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.
Οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι, παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
Ἔς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι,
Παυρότεροι θνήσκουσι, σαοῦσι δὲ λαὸν ὀπίσσω·
Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.
Οὐδ' εἷς δ' ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἕκαστα,
Ὅσσ', ἂν αἰσχρὰ πάθῃ, γίγνεται ἀνδρὶ κακά.
Ἀργαλέον γὰρ ὄπισθε μετάφρενόν ἐστι δαΐζειν
Ἀνδρὸς φεύγοντος δηΐῳ ἐν πολέμῳ.
Αἰσχρὸς δ' ἐστὶ νέκυς κατακείμενος ἐν κονίῃσι
Νῶτον ὄπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.
Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών·
Μηρούς τε κνήμας τε κάτω καὶ στέρνα καὶ ὤμους
Ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος·
Δεξιτερῇ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,
Κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.
Ἔρδων δ' ὄβριμα ἔργα διδασκέσθω πολεμίζειν,
Μηδ' ἐκτὸς βελέων ἑστάτω ἀσπίδ' ἔχων.
Ἀλλά τις ἐγγὺς ἰὼν αὐτοσχεδὸν ἔγχεϊ μακρῷ
Ἢ ξίφει οὐτάζων δήϊον ἄνδρ' ἑλέτω·
Καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ, καὶ κυνέην κυνέῃ,
Καὶ στέρνον στέρνῳ πεπλημένος ἀνδρὶ μαχέσθω,
Ἢ ξίφεος κώπην ἢ δόρυ μακρὸν ἑλών.
Ὑμεῖς δ', ὦ γυμνῆτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος
Πτώσσοντες, μεγάλοις βάλλετε χερμαδίοις,
Δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτούς,
Τοῖσι πανόπλοις πλησίον ἱστάμενοι.

Ejuſdem. IV.

Præclarum eſt, in prima acie ſi occidat
  Vir bonus, pro patria ſua pugnans:
At ſi quis urbe ſuâ pinguibúſque arvis relictis
  Mendicare cogitur, *hoc* omnium eſt miſerrimum;
Cum chara matre vagans, & ſene parente,
  Cúmque parvulis filiis, & adoleſcentula uxore.
Inviſus namque erit ad quoſcunque pervenerit,
  Indigentiâ victus & odioſâ paupertate:
Genus *ſuum* infamat, & formam decoram turpat,
  Omnis generis anxietas & mala eum ſequuntur.
Tandem ſic errantem hominem nulla *decori* cura
  Afficit, nec pudor ullus in poſterum eſt ei.
At nos animo forti pro terra hac pugnemus, & pro liberis
  Moriamur, nequaquam vitæ parcentes.
O juvenes, arctè invicem juncti pugnate,
  Neqúe turpis fugæ aut timoris initium facite:
Sed magnum fortemq; concipite animo impetum,
  Nec pugnantes adverſus hoſtes vitæ-rationem-habete.
Veteranis autem, quorum genua non amplius ſunt agilia,
  Grandævis relictis, nè fugite.
Turpe enim eſt, ſi in prima acie proſtratus
  Jaceat ante juvenes vir ſenior,
Candidum jam habens caput, barbámq; canam,
  Animam efflans fortem in pulvere,
Cruenta charis manibus pudenda tegens,
  (Quæ oculis intueri, & turpe & indignum eſt)
Et denudatus corpore: juvenibus autem in omnibus ſimilis eſt,
  Et pulchrum pubertatis florem habeat.
Viris quidem mortalibus, & mulieribus, viſu amabilis
  Eſt, vivus adhuc; ſtrenuus autem, ſi in prima acie ceciderit.
Sed progreſſus ad pugnam quiſpiam maneat utroque pede
  Terræ infixo, labia dentibus præmordens.

## Τοῦ αὐτοῦ. δ'.

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.
Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγρούς
Πτωχεύειν, πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον,
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ, καὶ πατρὶ γέροντι,
Παισί τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.
Ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται οὕς κεν ἵκηται,
Χρησμοσύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ·
Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,
Πᾶσα δ' ἀθυμία καὶ κακότης ἕπεται.
Εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη
Γίνεται, οὔτ' αἰδὼς εἰσοπίσω τελέθει.
Θυμῷ γῆς πέρι τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων
Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.
Ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.
Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν,
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.
Τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,
Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.
Αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο μετὰ προμάχοισι πεσόντα
Κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον,
Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένειον,
Θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
Αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,
(Αἰσχρὰ τάγ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν)
Καὶ χρόα γυμνωθέντα· νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
Ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ.
Ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ
Ζωὸς ἐών· καλὸς δ', ἐν προμάχοισι πεσών.
Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

# E SUIDA, DE SIMONIDE.

*Suidas* enumerans multos *Simonides* poſtremum his notis deſcribit,

SIMONIDES Crini *filius*, Amorginus, carminum Iambicorum ſcriptor. Scripſit Elegiam duobus libris, & Iambos. Floruit autem 406 annis poſt bellum Trojanum. Primus Iambos ſcripſit, ſecundum quoſdam.

## E SIMONIDE.

### *In vitam humanam.* I.

NUlla res inter homines perpetuò firma manet,
Unam autem hanc *ſententiam* vir Chius optimè protulit:
*Quòd* HOMINUM generatio talis eſt, qualis eſt foliorum.
Hanc pauci homines perceptam auribus
In pectora condunt. Fovet enim ſpes unumquemque
Virorum, qualis juvenum animis innaſcitur.
Quamdiu verò homo aliquis amabilẽ juventutis florem obtinet,
Animo levi præditus multa cogitat irrita:
Nam neq; ſenectutem ſibi affuturam, neq; mortem expectat,
Neque dum ſanus eſt laboribus vacat.
Stulti, qui hoc modo affecti ſunt: nec intelligunt
Quàm breve ſit juventutis & vitæ tempus *datum*
Mortalibus. Tu verò hæc diſcas, & ad finem uſquè vitæ
Animo tuo bona perſevera gratificans.

## EX IAMBIS EJUSDEM.

### *De Mulieribus.* II.

Mulieris mentem ſeorſum fecit Deus
Principió. Unam ex ſue ſetoſa *produxit*;
Cui omnia domi luto inquinata
Inornatáque jacent, & humi provolvuntur:
Ipſa autem illota cum veſtibus immundis
In ſtercore deſidens pingueſcit.
Aliam verò Deus fecit ex maligna vulpe,
Mulierem omniſciam: neque ipſam mali
Neque boni quicquam latet.
Nunc autem malæ ſunt hæ *mulieres* ſæpenumero,

Nunc

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΙ͂ΔΑ,

## ΠΕΡΙ' ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Σιμωνίδης Κρίνεω, Ἀμοργῖνος, ἰαμβογράφος. ἔγραψεν ἐλεγείαν ἐν βιβλίοις β', καὶ ἰάμβους. γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ υ' καὶ ς' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. ἔγραψεν ἰάμβους πρῶτος κατά τινας.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΙΜΩΝΙ'ΔΟΥ.

Εἰς τὸν θνητὸν βίον. α'.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί,
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
ΟΙΗ περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
Στέρνοις ἐγκατέθεντο. πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ
Ἀνδρῶν, ἥτε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχει πολυήρατον ἥβης,
Κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
Οὐδὲ γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν, οὐδὲ θανεῖσθαι,
Οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
Νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος· οὐδὲ τ' ἴσασιν
Ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
Θνητοῖς. Ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν, βιότου ποτὶ τέρμα
Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ἈΥΤΟΥ͂ ἸΑ'ΜΒΩΝ.

Περὶ γυναικῶν. β'

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
Τὰ πρῶτα. Τὴν μὲν ἐξ ὑὸς τανύτριχος,
Τῇ πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα
Ἄκοσμα κεῖται, καὶ κυλινδεῖται χαμαί·
Αὐτὴ δ' ἄλουτος ἄπλυτος τ' ἐν εἵμασιν,
Ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.
Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
Γυναῖκα πάντων ἴδριν· οὐδέ μιν κακῶν
Λέληθεν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.
Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν εἶπε πολλάκις κακὸν,

Nunc bonæ rurſus ; aliàs aliis præditæ moribus.
Aliam verò ex cane maledicam, parenti ſuæ ſimilem ;
Quæ omnia & audire & ſcire cupit ;
Undequaque autem circumſpiciens & oberrans
Latrat, etſi neminem viderit.
Ipſam verò compeſcere neque minis vir poſſet,
Nec ſi iratus excuſſerit ei ſaxo
Dentes, neque ſi benigniter alloquatur,
Etiamſi juxta hoſpites conſederit :
Sed pertinaciter inutilem clamorem exercet.
Aliam verò ex tellure formatam cœlicolæ
Marito dederunt in damnum : Nam neque mali
Neque boni quippiam callet hujuſmodi mulier ;
Sed unicum *tantùm* opus novit, *ſcilicet* Comedere.
Et cum duram hyemem Deus fecerit,
Ipſa frigens ad ignem propiùs ſellam attrahit.
*Mulierem* autem ex mari *genitam* nunc animo conſidera :
Hoc quidem die ridet, & hilarem ſe præbet,
Ità ut hoſpes eam domi videns laudaret, *inquiens*,
Haud eſt mulier ulla melior quàm iſta,
Inter omnes homines, neque elegantior.
Interdum contrà intolerabilis eſt, tum viſu
Tum acceſſu : tunc enim furit *adeò*
Ut-appropinquare-nemo-ſuſtineat, veluti canis circa catulos *ſuos*
Omnibus implacida, infenſáque,
Ac ſimilis eſt in amicos & hoſtes.
Quemadmodum mare aliquando tranquillum
Et innoxium ſtat, ingens gaudium nautis,
Æſtivo tempore ; aliquando autem furit
Graviſonis procellis agitatum :
Huic maximè ſimilis eſt hujuſmodi mulier
Ingenio ; naturámque ut pontus variam habet.
Aliam verò ex cinere & doſſuario aſino *conſtituit :*
Quæ vix neceſſitate miníſque adacta,
Tandem omnia facit & operatur
Quæ *viro* placent. Interim autem furtim aliquid devorat
Noctu & interdiu : quinetiam in foco comedit.
Ad opus autem Venereum
Quemvis advenientem ſuſcipit ſocium.
Aliam ex muſtela *creavit*, miſerum & triſte genus :
Huic enim nihil pulchrum, deſiderandum,
Jucundum, aut amabile prorſus ineſt :

Sed

Τὸ δ' ἐσθλόν· ὀργὴν δ' ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτουργόν, αὐτομήτερα·
Ἡ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει.
Πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη
Λέληκεν, ἢν καὶ μηδέν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.
Παύσειε δ' ἄν μιν οὔτ' ἀπειλήσας ἀνήρ,
Οὐδ' εἰ χολωθεὶς ἐξαράξειεν λίθῳ
Ὀδόντας, οὐδ' ἂν μειλίχως μυθεύμενος,
Οὐδ' εἰ παρὰ ξείνοισιν ἡμένη τύχῃ·
Ἀλλ' ἐμπέδως ἄπρηκτον αὐονὴν ἔχει.
Τὴν δὲ πλάσαντες γηΐνην Ὀλύμπιοι
Ἔδωκαν ἀνδρὶ πηρόν· οὔτε γὰρ κακόν,
Οὔτ' ἐσθλὸν οὐδὲν οἶδε τοιαύτη γυνή·
Ἔργων δὲ μοῦνον Ἐσθίειν ἐπίσταται.
Χ' ὅταν κακὸν χειμῶνα ποιήσῃ θεός,
Ῥιγῶσα δίφρον ἆσσον ἕλκεται πυρός.
Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης ἐν φρεσὶν γ' ἤδη νοεῖ·
Τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην,
Ἐπαινέσει' ἂν ξεῖνος ἐν δόμοις ἰδών·
Οὐκ ἔστιν ἄλλη τῆσδε λωΐων γυνὴ
Ἐν πᾶσιν ἀνθρώποισιν, οὐδὲ καλλίων.
Τὴν δ' οὐκ ἀνεκτὸς οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,
Οὔτ' ἆσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
Ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων·
Ἀμείλιχος δὲ πᾶσι, κἀποθυμία,
Ἐχθροῖσιν ἶσα καὶ φίλοισι γίνεται.
Ὥσπερ θάλασσα πολλάκις μὲν ἀτρεμὴς
Ἕστηκ' ἀπήμων, χάρμα ναύτῃσιν μέγα,
Θέρεος ἐν ὥρῃ· πολλάκις δὲ μαίνεται
Βαρυκτύποισι κύμασιν φορευμένη.
Ταύτῃ μάλιστ' ἔοικε τοιαύτη γυνὴ
Ὀργήν· φυὴν δ' ὡς πόντος ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου·
Ἣ σύν τ' ἀνάγκῃ, σύν τ' ἐνιπῇσιν, μόγις
Ἔστερξεν οὖν ἅπαντα καὶ πονήσατο
Ἀρεστά. τόφρα δ' ἐσθίει μὲν ἐν μυχῷ
Προνύξ, προῆμαρ· ἐσθίει δ' ἐπ' ἐσχάρῃ.
Ὅμως δὲ καὶ πρὸς ἔργον Ἀφροδίσιον
Ἐλθόνθ' ἑταῖρον ὁντινοῦν ἐδέξατο.
Τὴν δ' ἐκ γαλῆς δύστηνον οἰζυρὸν γένος·
Κείνῃ γὰρ οὔ τι καλόν, οὐδ' ἐφίμερον
Πρόσεστιν, οὐδὲ τερπνόν, οὐδ' ἐράσμιον.

Εὐνῆς

Sed alienâ eſt à Venereo complexu,
Et præſentem maritum faſtidio habet,
Et furando multum damni vicinis infert;
Quin & hoſtias ſæpe nondum immolatas devorat.
Aliam equa mollis jubata genuit:
Quæ ſervilia opera & laborem abhorret,
Neque molam attingeret, neque cribrum
Levaret, neque ſtercus foras projiceret,
Neque juxta furnum evitans fuliginem
Sederet. Virum *non ſponte ſed* coacta amat.
Abluit autem ſordes quotidie
Bis aut ter, & unguentis ungitur.
Semper autem & comas pexas gerit,
Denſas, & floribus obumbratas.
Talis ſanè mulier pulchrum ſpectaculum
Aliis eſt, habenti verò damnoſum,
Niſi rex fuerit, aut princeps aliquis,
Qui ejuſmodi rebus delectetur.
Aliam autem ex ſimia *creavit:* iſtud certè præcipuè omnium
Jupiter viris maximum malum contulit.
Talis mulier faciem turpiſſimam habens
Per urbem ingreditur, nulli non irriſa:
Ad cervicem vix poteſt flecti ob brevitatem,
Nates-exiles-habet, integro corpore. O miſerum virum,
Qui malum hujuſmodi amplectitur!
Novit enim omne genus conſiliorum & mores
Inſtar ſimiæ, neque ridere ſolet.
Neminem beneficiis demeretur: ſed illud ſpectat,
Et hoc quotidie conſultat ſecum,
Ut malum aliquod facinus, ídque maximum, edat.
Aliam ex apicula *fecit:* quam qui duxerit, felix eſt;
Ut quæ ſola nihil reprehenſione dignum habeat.
Floret autem ſub ea & augetur res-familiaris,
Charáque charo conſeneſcit conjugi,
Enixa pulchram & celebrem progeniem.
Hæc excellit inter mulieres
Cunctas; & divina *quadam* gratia circundat *eam*:
Non gaudet cum mulieribus conſidere,
Ubi Venereos narrant ſermones.
Ejuſmodi uxores viris largitur
Jupiter optimas & prudentiſſimas.
Sed etiam reliqua hæc *mulierum* genera conſilio Jovis

Εὐνῆς δ' ἀδηνής ἐστιν Ἀφροδισίης.
Τὸν δ' ἄνδρα τὸν παρόντα ναυσίῃ διδοῖ.
Κλέπτουσα δ' ἔρδει πολλὰ γείτονας κακά·
Ἄθυστα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει.
Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτέεσσ' ἐγείνατο·
Ἣ δοῦλι' ἔργα καὶ δύην περιτρέπει,
Κ' οὔτ' ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κόσκινον
Ἄρειεν, οὔτε κόπρον ἐξ οἴκου βάλοι,
Οὔτε πρὸς ἰπνὸν ἀσβόλην ἀλευμένη
Ἵζοιτ'. ἀνάγκῃ δ' ἄνδρα ποιεῖται φίλον.
Λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἄπο ῥύπον
Δίς, ἄλλοτε τρίς, καὶ μύροις ἀλείφεται.
Αἰεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ
Βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην.
Καλὸν μὲν οὖν θέαμα τοιαύτη γυνὴ
Ἄλλοισι, τῷ δ' ἔχοντι γίνεται κακόν,
Ἢν μή τις ἢ τύραννος, ἢ σκηπτοῦχος ᾖ,
Ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται.
Τὴν δ' ἐκ πιθήκου· τοῦτο δὲ διακριδὸν
Ζεὺς ἀνδράσιν μέγιστον ὤπασεν κακόν.
Αἴσχιστα μὲν πρόσωπα, τοιαύτη γυνὴ
Εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως·
Ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις,
Ἄπυγος, αὐτόκωλος. αἶ τάλας ἀνήρ,
Ὅστις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται.
Δήνεα δὲ πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται,
Ὥσπερ πίθηκος, οὐδέ οἱ γέλως μέλει.
Οὐδ' ἄν τιν' εὖ ἔρξειεν· ἀλλὰ τοῦθ' ὁρᾷ,
Καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέρην βουλεύεται,
Ὅκως τι χ' ὡς μέγιστον ἔρξειεν κακόν.
Τὴν δ' ἐκ μελίσσης· τήν τις εὐτυχεῖ λαβών,
Κείνῃ γὰρ οἴῃ μῶμος οὐ προσιζάνει.
Θάλλει δ' ὑπ' αὐτῆς κἀπαέξεται βίος,
Φίλη δὲ σὺν φιλεῦντι γηράσκει πόσει,
Τεκοῦσα καλὸν κ' οὐνομάκλυτον γένος.
Κ' ἀριπρεπὴς μὲν ἐν γυναιξὶ γίνεται
Πάσῃσι· θείη δ' ἀμφιδέδρομεν χάρις.
Οὐδ' ἐν γυναιξὶν ἥδεται καθημένη,
Ὅκου λέγουσιν Ἀφροδισίους λόγους.
Τοίας γυναῖκας ἀνδράσιν χαρίζεται
Ζεὺς τὰς ἀρίστας, καὶ πολυφραδεστάτας.
Τὰ δ' ἄλλα φῦλα ταῦτα μηχανῇ Διὸς

Ἐστὶν

Omnia ſunt, & apud viros manent.
Jupiter enim hoc malorum maximum creavit.
Mulieres, etſi fortè prodeſſe videantur:
Habenti verò maximè ſentitur malum.
Nunquam enim hilaris diem tranſigit
Totum, quiſquis cum uxore degit:
Nec citò tamem à familia arcebit,
Inimicam contubernalem, hoſtémque deorum,
Imò quando vir ſibi maxime lætari videtur
In domo, ſive divinitus, ſive *alicujus* hominis gratiâ,
*Tum verò mulier*, invento quod culpet, ad pugnam armatur:
Ubi enim mulier eſt, nè ad domum *quidem*
Hoſpitem venientem blandè *vir* exceperit.
Porro, quæ maximè bona eſſe videtur,
Ea plurimùm obeſſe ſolet,
*Nempe* oſcitante, *id eſt, nihil ab ea metuente* marito. Vicini autem
Etiam illum videre gaudent aberrantem.
Nam unuſquiſque ſuam collaudat memor.
Uxorem, alterius verò reprehendit;
Nec agnoſcimus æqualem nobis obtigiſſe ſortem.
Jupiter enim hoc ipſum fecit maximum malum,
Et vinculo conſtrinxit indiſſolubili:
Ex quo *ſolutos* aliquos Pluto excêpit, *id eſt, mortem obierunt.*
Pro uxore depugnantes.

*Ejuſdem*, III.

Uxore vir nullam rem poſſidet
Bonâ meliorem, neque malâ deteriorem.

*Ejuſdem*. IV. *In vitam humanam.*

O fili, penes ſe habet Jupiter altitonans finem
Omnium, quæ fiunt; & pro arbitrio ſuo diſponit.
Nec in hominum caducorum poteſtate animus
Eſt, ſed in diem nos mortales vivimus,
Ità ut ſingulis Deus deſtinaverit, (fovet,
Omnes autē ſpes divina pulchris rebus, *quas ſibi quiſque proponit*,
Temerè conſultantes. Alii diem
Venturam expectant, alii annorum circuitus.
Novum autem annum nullus non hominum ſperat
Divitiis boniſque plenum & charum affore.
Sed prævenit alium miſera ſenectus, comprehendens
Antequam finis accedat: alios triſtes ægritudines
Mortalium perdunt: alios Marte domitos
Sub terram Pluto demittit obſcuram.

Sunt

Ἐστὶν τὰ πάντα, καὶ παρ' ἀνδράσιν μένει.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν,
Γυναῖκας, ἤν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν·
Ἔχοντι δέ τοι μάλιστα γίγνεται κακόν.
Οὐ γάρ ποτ' εὔφρων ἡμέρην διέρχεται
Ἅπασ', ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται,
Οὐδ' αἶψα λιμὸν οἰκίης ἀπώσεται,
Ἐχθρὸν συνοικητῆρα δυσμενέα θεῶν.
Ἀνὴρ δ' ὅταν μάλιστα θυμηδεῖν δοκῇ
Κατ' οἶκον, ἢ θεοῦ μοῖραν, ἢ ἀνθρώπου χάριν,
Εὑροῦσα μῶμον ἐς μάχην κορύσσεται·
Ὅκου γυνὴ γάρ ἐστιν, οὐδ' ἐς οἰκίαν
Ξεῖνον μολόντα προφρόνως δεχοίατο.
Ἥτις δέ τοι μάλιστα σωφρονεῖν δοκεῖ,
Αὕτη μέγιστα τυγχάνει λωβωμένη,
Κεχηνότος γὰρ ἀνδρός. οἱ δὲ γείτονες
Χαίρουσ' ὁρῶντες καὶ τόν, ὡς ἁμαρτάνει.
Τὴν ἣν δ' ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος
Γυναῖκα, τὴν δὲ θατέρου μωμήσεται·
Ἴσην δ' ἔχοντες μοῖραν οὐ γινώσκομεν.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν,
Καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄρρηκτον πέδην·
Ἐξ οὗτε τοὺς μὲν Ἀΐδης ἐδέξατο,
Γυναικὸς εἵνεκ' ἀμφιδηριωμένους.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'.

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
Ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

Τοῦ αὐτοῦ. δ'. Εἰς βίον ἀνθρώπινον.

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
Πάντων, ὅσ' ἐστὶ, καὶ τίθησ' ὅπῃ θέλει.
Νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν οὐκ ἐφημέροις
Ἔστ', ἀλλ' ἐφημέριοι βροτοὶ δὴ ζώομεν,
Ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσῃ θεός.
Ἐλπὶς δὲ πάντας κἀλλασιν θείη τρέφει,
Ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας. οἱ μὲν ἡμέρην
Μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ' ἐτέων περιτροπάς.
Νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκεῖ βροτῶν
Πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλος.
Φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβεῖν,
Πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι
Φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' Ἄρει δεδμημένους
Πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός.

Ὁ,

Sunt qui in mari procellis agitati
Et multis fluctibus purpurei ſali
Moriuntur, cùm non ampliùs vivere poſſunt.
Nonnulli laqueo vitam infeliciter finiunt,
Et Sponte ſuâ lumen ſolis relinquunt.
Sic nihil malorum *in vita* abeſt: ſed infinitæ
Mortalium ſortes, & ineffabiles calamitates,
Damnáque ſunt. Quòd ſi me audirent,
Mala non diligeremus, neque doloribus
Animum applicantes malis diſcruciaremur.

*Ejuſdem.* V.

Homo cùm ſis, nunquam dixeris quid futurum ſit;
Nec inſpiciens hominem, Quamdiu ſit victurus,
Etenim celeris, muſcæ præpetis
Inſtar, *rerum ſit* mutatio.

*Ejuſdem.* VI.

Nullus planè ſine vitio aut calamitate vivit.

*In mortem.* VII.

Mors etiam bello elapſum comprehendit.

*Conſolatorium.* VIII.

De homine defuncto non cogitabimus,
Si quid ſapiamus, ampliùs uno die.

# E SUIDA, DE RHIANO.

RHIANUS Cretenſis erat Benæus: (Bene enim urbs eſt Cretæ) nonnulli Ceræten, alii verò ex Ithaca vel Meſſene ipſum natum eſſe memoriæ prodiderunt. Hic priùs palæſtræ cuſtos & ſervus fuit: poſtea verò edoctus, Grammaticus factus eſt, contemporaneus Eratoſtheni. Scripſit carmine Heracliada, libris quatuor.

## E RHIANO.

*De Imprudentia.*

OMnes profectò erramus animis
Homines, ferimúſq; deorum variantia dona
Pectore inſipiente. Nam qui victûs inops
Obſervatur diis gravem impingit culpam
Mœſtus: virtutem verò ſuam animúmq; negligit.
Nec dicere quippiam audet, neque facere

Οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ λαίλαπι κλονεύμενοι,
Καὶ κύμασιν πολλοῖσι πορφυρῆς ἁλὸς
Θνήσκουσιν, εὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζώειν.
Οἱ δ' ἀγχόνην ἅψαντο δυστήνῳ μόρῳ,
Κ' αὐτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάος.
Οὕτω κακῶν ἄπ' οὐδέν· ἀλλὰ μυρίαι
Βροτοῖσι κῆρες, κἀνεπίφραστοι δύαι,
Καὶ πήματ' ἐστίν. εἰ δέ μοι πιθοίατο,
Οὐκ ἂν κακῶν ἐρῶμεν, οὐδ' ἐν ἄλγεσι
Κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

Τοῦ αὐτοῦ. ε'.

Ἄνθρωπος ἐὼν, μήποτε φήσῃς ὅ, τι γίγνεται·
Μηδ' ἄνδρα ἰδὼν, ὅσον χρόνον ἔσεται.
Ὠκεῖα γὰρ, οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
Οὕτως, ἁ μετάστασις.

Τοῦ αὐτοῦ ς'.

Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις, οὐδ' ἀκήριος.

Εἰς θάνατον. ζ'.

Ὁ δ' αὖ θάνατος ἐφῆκε καὶ τὸν φυγομάχον.

Παρηγορικόν. η'.

Τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
Εἴ τι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.

## Ἐκ τοῦ ΣΟΥΐΔΑ, περὶ ῬΙΑΝΟΥ.

Ῥιανὸς ὁ Κρὴς ἦν Βηναῖος· (Βήνη δὲ πόλις Κρήτης) ἄλλοι Κεραΐτην, ἄλλοι δὲ Ἰθάκης ἢ τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. Οὗτος δὲ ἦν τῆς παλαίστρας πρότερον φύλαξ καὶ δοῦλος· ὕστερον δὲ παιδευθεὶς ἐγένετο γραμματικός, σύγχρονος Ἐρατοσθένους. Ἔγραψεν ἔμμετρα ποιήματα Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν.

## ἘΚ ΤΩΝ ῬΙΑΝΟΥ.

Περὶ ἀφροσύνης. α'.

Ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
Ἄνθρωποι· φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα
Ἀφραδέϊ κραδίῃ· βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευὴς
Στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπίψογον αἰὲν ἰάλλει
Ἀχνύμενος· σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει
Οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι,

Præ timore, ubi viri locupletes adſuerint ;
Sed animum ejus abſumunt pudor & mœror.
At qui feliciter agit, cuique Deus opes tribuit
Et regnum in multos, hic obliviſcitur quod telluri
Pedibus inſiſtat, & mortales ei ſint parentes :
Sed arrogantiâ animíque vitiosâ elatione
Inſtar Jovis tonat, & caput ſupra cervicem tollit,
Quamvis parvus; pulchríſque decoram cubitis Minervâ ambit :
Denique viam aliquam requirit ad Olympum,
Ut diis annumeratus epulis eorum fruatur.
Aſt Ate, levibus accurrens pedibus,
In vertice capitis inſperata nullíque viſa,
Jam quidem vetulis *ipſa* juvenili formâ, jam verò contrà
Juvenibus ſenili inſiſtit facie fraudulenter,
Jovi deorum principi & juſtitiæ gratum faciens.

# E NAUMACHIO.

I.

PUlchrum ſanè eſt, corpus caſtum habere, intactámq; manere
Virginem, & puris ſemper cogitationibus delectari,
Nec onus circa laborioſa ilia geſtantem,
Neque dolores trementem ſuſpirioſos Lucinæ :
Sed permanere quaſi reginam imbecillium mulierum,
Oculum animæ ſplendidum ad eam vitam erigendo,
In qua glorioſæ & veræ ſunt nuptiæ, ubi commixta
Divinis verbis lumine plenas meditationes parit.
Quòd ſi te communis vitæ deſiderium capit,
De iſta quoq; præſciens dicam, quomodo te oporteat conficere
Navigationem, ut aiunt, ſecundam animo læto.
Hic tibi ſit maritus, quem parentes decreverint :
Et, ſi fuerit prudens, feliciſſima *es* ; ſin aliter
Virum ſortita fueris, ferre & ipſum oportet.
Sed ſi quis prudens aliquid tibi dixerit,
Obſequere, nec diſſentias ab ipſo. Eſto autem ei
Blanda ; ídque magis, cùm aliquâ curâ afficitur.
Viro enim indignanti conſilium & ſolatium eſt uxor.

Ἐῤῥιγῶς, ὅθι τ' ἄνδρες ἐϋκτέανοι παρέωσιν·
Καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφίη καὶ ὀϊζύς.
Ὅς δέ κεν εὐοχθῆσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ
Καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες·
Ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἀμβροτωλῆσι νόοιο
Ἶσα Διῒ βρέμεει· κεφαλὴ δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καί περ ἐὼν ὀλίγος· μνᾶται δ' εὐπήχυν Ἀθήνην·
Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
Ὥς κε μεθ' ἀθανάτοισιν ἀείθμιος εἰλαπινάζῃ.
Ἡ δ' Ἄτη, ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσιν,
Ἄκρης ἐν κραδίῃσιν ἀναΐστος καὶ ἀφαυλος,
Ἄλλοτε μὲν γεραιῇσι νεωτέρῃ, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὁπλοτέρῃσι γρηῢς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι δίκην τ' ἐπιπροφέρουσα.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΝΑΥΜΑΧΙ'ΟΥ.

α.

Κάλὸν μὲν, δέμας ἁγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμνειν χαίρειν,
Παρθενικὴν, καθαροῖσί τ' ἀεὶ μελεδήμασι
Μήτε βαρυτλήτων λαγόνων περὶ φόρτον ἄειρειν
Μήτε πόνον ὠμέουσ' ἀγάστονον Εἰλειθυίης·
Ἀλλ' ἤτοι βασίλειαν ἀφαυρῶν θηλυτεράων,
Ψυχῆς ὄμμα φαεινὸν ὑπὲρ βιότοιο χέουσαν,
Ἔνθα γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθέες ἔνθα μιγεῖσα
Θεσπεσίοις ἐπέεσσι νοήματα φάεα τίκτει.
Εἰ δέ σε καὶ ξυνοῖο πόθος βιότοιο κιχάνει,
Καὶ τοῦτο προδαεὶς ἐρέω, πῶς χρή σε φρονῆσαι
Τὸν πλεῦν, ὥς φασιν, τὸν δεύτερον εὔφρονι θυμῷ.
Ἔστω σοὶ πόσις οὗτος, ὃν ἂν κρίνωσι τοκῆες·
Κἂν μὲν ἔῃ πινυτὸς, σὺ μακαρτάτη· εἰ δέ κεν ἄλλως
Ἀνέρα μοιρήσαιο, φέρειν καὶ τοῦτον ἀνάγκη.
Ἀλλ' ἣν μέν τις σοὶ πεπνυμένος ὅ, τι κεν εἴπῃ,
Πείθεο, μηδ' ἔστω βίος ἄνδιχα· γίνεο δ' αὐτῷ
Μειλιχίη, καὶ μᾶλλον ὅταν τι ἑ κῆδος ἱκάνῃ.
Ἀνδρὶ γὰρ ἀσχαλόωντι παραίφασίς ἐστιν ἄκοιτις.


Λύπη

Relinque autem illi externa opera, quæ conficere poteſt.
Tibi cura rei familiaris ſit, & cuſtodiæ domûs,
Nè ipſum interroges de rebus quas nefas eſt mulieribus
Nôſſe: ſi tamen ipſe te velit in conſilium adhibere,
Auſculta ſtatim ejus ſermoni; ſed ſerò reſponde cum ipſo
Deliberans, & nihil promitte, nec admone,
Ut tuo arbitrio res agenda permittatur: quia exitus vanus eſt.
*Uxori* prudenti ſat maritus qui illam virgo-duxit: neq; ipſam
Adſpicit alter lecto denudatam.
Primùm ſtultè agentem tolera; eſt enim neceſſarium:
Sæpius quoque morbum ſuſtine, quantumvis anxia.
Contine in pectore curas tuas, neque dicas
Omnibus quæ agit, nec ipſis parentibus cuncta exponas.
Sola deſipientem moneas, ídque, ut decet, leniter:
Nam contumelia etiam prudentem *virum* irritare novit.
Sæpius oratio lenis virum inſipientem demulcet.
At ſi pravis ſociis conjunctus pravus fiat,
Nè adverſus illum, ô filia, contendas;
Sed ſocios inſtiga ut inter ſe diſſentiant:
Facilis autem hæc ratio eſt diſſipandæ ſocietatis
Perverſæ; ſociis amicum reddi bonis
Et prudentibus. Quis enim ſponte ſtultum ſibi jungeret amicum?
Sic tu quidem virum charum ex animo diligas;
Et intelligat maritus tuus evidenter, quòd liberos
Ex animo ames: haud enim talis exiſtit
Ut non ſentiat amorem, nec fideles mores agnoſcat.
Sed audi virgo: Hæc te cuncta obſervare decet.
Nec proclivis nimiùm ſis ad riſum, nec triſtis;
Nec otioſa prorſus eſto, ſed moderatos ſubi labores.
Nec tuis famulis duram te aut valde lenem
Præbeas: negligentiores enim *domini* ſemper damnum patiuntur;
Sed TIMENtibus ſervis domini confidenter imperant.
Externos amores rejice, priuſquam ab aliis
Revera cognoſcas ſtudia mentéſque ipſorum.
Nec anum improbam tuis unquam ædibus recipias:
MULTOrum bene conditas familias peſſundederunt anus.
Neque loquacem mulierem tibi ſociam jungas:
CASTOS mulierum mores pravi ſermones corrumpunt.
Nec afficiaris nimis auri ſtudio, neque in collo
Purpureum hyacinthum geras, viridémque jaſpin,
Quibus ſtulti ſuperbiunt. Tu verò ornatu,
O virgo, inani non indigeas, neque in ſpeculo

Manū

Λείπει δ' οἱ τὰ δύρηφι, τὰ καὶ δυνάται πονέεσθαι.
Σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω, μέγαρόν τε φυλάσσειν.
Μηδέ μὲν ἐξερέεινε τὰ μὴ θέμις ἐστὶ γυναῖκας
Ἴδμεναι· εἰ δ' αὐτός σ' ἐθέλει ξυμφράδμονα θέσθαι,
Συνθέο μὲν τάχα μύθῳ· ἀμείβεο δ' ὅττι σοι αὐτῷ
Φραζομένῃ, καὶ μηδὲν ὑπίσχεο, μηδὲ κέλευε
Σῇ ῥέζειν ἰότητι· τὸ γὰρ τέλος ἐστὶν ἀφαυρόν.
Κουρίδιος πινυτῇ πόσις ἄρχιος· οὐδέ τ' ἐκείνην
Δεύτερος ἀθρήσει λεχέων ἀπογυμνωθεῖσαν.
Πρῶτα μὲν ἀφραίνοντος ἀνάσχεο, καὶ γὰρ ἀνάγκη·
Πολλάκι που καὶ νοῦσον ἀνάσχεο, κηδομένη περ.
Ἴσχεο δ' ἐν στέρνοις τὰ σὰ κήδεα, μηδ' ἀγόρευε
Πᾶσιν ὅσα πρήσσει, μηδ' ἔννεπε πάντα τοκεῦσι.
Μούνη δ' ἀφραδέοντα πινυσσέμεν· ἀλλὰ καθ' αἶσαν·
Καὶ πινυτὸν δεδαὼς κ' ἐρεθιζέμεν ἀνέρα λώβῃ.
Πολλάκι δ' ἤπιος ἄνδρα καὶ ἄφρονα μῦθος ἔθελξεν.
Εἰ δ' ὀλοοῖς ἑτάροισιν ἐφεσπόμενος κακὸς εἴη,
Μὴ σὺ μὲν ἀντιβίην κείνου, τέκος, εἰς ἔριν ἔλθῃς,
Ἀλλ' ἑτάρους ὅπως ἀπὸ σφίσι νείκεα βάλλειν.
Ῥηϊδίη δ' ὁδὸς ἥδε διακεῖναι φιλότητα
Ἀγγελίην, ἑτάροις δὲ φίλον ἀγαθοῖσι γενέσθαι,
Καὶ πινυτοῖς. τίς γάρ κεν ἑκὼν φίλον ἄφρονα θεῖτο;
Καὶ σὺ μὲν ὡς φίλον ἄνδρα καὶ ἀτρεκέως ἀγάπαζε·
Γνώτω δ' ἀμφαδίην καὶ σὸς πόσις ὅττι κε τέκνα
Ἐκ θυμοῦ φιλέεις· ἐπεὶ οὔτι γε τοῖος ἐτύχθη,
Οὐ στέργειν φιλότητα καὶ ἤθεα πιστὰ δαῆναι.
Παρθενικὴ σὺ δ' ἄκουε τά σε χρὴ πάντα φυλάσσειν.
Μήτε φιλομμειδὴς μάλα γίγνεο, μήτε κατηφής.
Μήτ' ἔσο πάμπαν ἀεργὸς, ἅλις δ' ἔχε καὶ πόνου ἔργων.
Μήτε κακὴ δμώεσσι τεοῖς ἔσο, μήτε μάλ' ἐσθλὴ
Φαίνεο· ῥηΐτεροι γὰρ ἀεί που πῆμα φέρονται·
ΘΑΡΣΕΙ δειδιότων μάλ' ἐπικρατέουσιν ἀνακλῆς.
Ὀθνείων φιλότητας ἀναίνεο, πρίν κεν ἀπ' ἄλλων
Εἰδείης ἐτύμως μελεδήματα καὶ νόον αὐτῶν.
Μήτε γερῶν ποτὲ σοῖσι κακὴν δέξαιο μελάθροις·
ΠΟΛΛΩ͂Ν γρῆες ἔπερσαν εὔκτιτα δώματα φωτῶν.
Μηδέ μὲν ἀκειτόμυθον ἑταιρείσαιο γυναῖκα·
ΚΕΔΝΑ` κακοὶ φθείρουσι γυναικῶν ἤθεα μῦθοι.
Μὴ σύ ποτε χρυσῷ πειραίνεο, μήτ' ἐπὶ δειρῆς
Πορφυρέην ὑάκινθον ἔχοις, ἢ χλωρὸν ἴασπιν,
Τοῖς ἔπι φυσιόωσι δαλίφρονες. ἀλλὰ σὺ κόσμου,
Παρθένε, τηΰσίου μὴ δεύεο, μηδὲ κατόπτρῳ

Manu diſcernens tuam contempleris formam;
Sed neque circa comas multiplices necte nodos;
Nec ſub palpebris tuis vultum colore nigro inficias:
Non enim mulieribus natura corpus dedit imperfectæ
Formæ, ut & alia opus eſſet in corpore machinati.
Quomodo autem, ô filia, ſuſtineres à prudenti viro conſpici,
Mortale tuum corpus tam variis exornans modis?
Ex alia aliam factam téque tibi diſſimilem video,
Unam mulierem ſub multis formis mihi apparentem.

### *Ejuſdem.* II.
### *Vituperium divitiarum.*

Aurum ſanè & argentum pulvis ſunt; & qui reperiuntur
Lapilli in calculoſa maris crepidine;
Multi autem jacent ad ripas fluviorum temerè;
At veſtes marinæ purpuræ cruor inficit:
Quibus inhiare ſolent ſtolidi nautæ.

---

# E SUIDA, DE PANYASIDE.

PANYASIS Polyarchi, Halicarnaſſêus, Prodigiorum interpres, & Poëta, Herodoti Hiſtorici patruelis. Vixit 78. Olympiade, aut multò antiquior eſt. Recenſetur autem inter Poëtas poſt Homerum.

## E PANYASIDE.
### *In Incontinentiam.* I.

AGedum hoſpes, quin & bibe: hoc etiam virtutis eſt,
Si quis in virorum convivio plurimum vini biberit
Rectè ſcitéque, aliúmque ſimul provocaverit virum.
Æquè inter epulas vir fortis eſſe poteſt, atque qui in bello
Pugnas ſequitur luctuoſas, in quibus pauci
Animoſi ſunt, ac impetuoſum Martem excipiunt.
Huic ego illum æquali laude contulerim, qui epulis
Aſſidens gaudeat, aliúmque pariter cœtum incitet:
Non enim vivere mihi videtur homo, neque agere
Vitam hominum ærumnôſorum, quicunque à vino
Animum abſtinens, aliam ſtultus potionem hauſerit.
Vini enim non minor eſt quàm ignis mortalibus utilitas,
Bona, malorum amuletum, omnis cantilenæ comes.

Χειρὶ διακείνουσα τεὴν αὐγάζεο μορφήν.
Μηδὲ κόμης περίαλλα πολυχρόας πλέκε σειράς·
Μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς.
Οὐ γὰρ θηλυτέροις δέμας ὤπασεν ἡμιτέλεστον
Μορφὴν, ὄφρα καὶ ἄλλα περὶ χροῒ τεχνήσαιντο.
Πῶς δ' ἂν, κούρα, δύναιο δαήμονι φωτὶ φανῆναι,
Θνητὸν ἐφιμείρειν κομιδῇ χρόα ποικίλλουσα;
Ἐξ ἑτέρης ἑτέρην σε καὶ ἄλλην ἄλλοτε λεύσσω,
Φαινομένην πολλοῖσι μίαν μορφῇσι γυναῖκα.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.
Ψόγος πλούτου.

Χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Λᾶες ἐπὶ ῥηγμῖνι πολυψηφῖδι θαλάσσης·
Πολλοὶ δ' ἐρρίφαται [illegible]ων παρὰ χείλεσιν αὔτως·
Εἵματα δ' εἰναλίης ἐρυθραίνεται αἵματι κόχλου.
Τοῖς ἔπι φυσιόωσι δαλίφρονες ἀσαλίης.

---

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΙ'ΔΑ, ΠΕΡΙ' ΠΑΝΥΑ'ΣΙΔΟΣ.

Πανύασις Πολυάρχου, Ἁλικαρνασσεὺς τερατοσκόπος, καὶ ποιητὴς ἐπῶν, Ἡροδότου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος. Γέγονε κατὰ τὴν οη' Ὀλυμπιάδα, ἢ καὶ πολλῷ πρεσβύτερος. Ἐν δὲ ποιηταῖς τάττεται μεθ' Ὅμηρον.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΠΑΝΥΑ'ΣΙΔΟΣ.
Εἰς ἀκρασίαν. α'.

Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖν'· ἀρετή νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή,
Ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ.
Ἶσον δ' ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ θοὸς ἀνήρ,
Ὑσμίνας διέπων ταλαπενθέας, ἔνθα τε παῦροι
Θαρσαλέοι τελέθουσι, μένουσί τε θοῦρον Ἄρηα.
Τοῦ μὲν ἐγὼ θείμην ἶσον κλέος, ὅς τ' ἐνὶ δαιτὶ
Τέρπηται παρεὼν, ἅμα τ' ἄλλον λαὸν ἀνώγῃ.
Οὐ γάρ μοι ζώειν γε δοκεῖ βροτὸς, οὐδὲ βιῶναι
Ἀνθρώποιο βίον ταλασίφρονος, ὅστις ἀπ' οἴνου
Θυμὸν ἐρητύσας πίνῃ ποτὸν ἄλλο νεόφρων.
Οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ,
Ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.

Ineſt *vino* ſacra pars convivii & ſplendoris,
Ineſt etiam ſaltationis, & amoris exoptati,
Necnon pugnæ, & triſtis malevolentiæ.
Quare decet te inter pocula læto animo merum acceptantem
Potare: non cibo male affectum inſtar vulturis
Sedere pleno ventre, oblitum gaudia.

*Ejuſdem.* II.

Vinum quidem deorum donum optimum eſt,
Moderatè ſumptum: immoderatè verò, peſſimum.

Quo cùm implevisſet magnum & ex auro ſplendidum craterem,
Scyphos frequentes attollens, potum ſuavem bibit.

# E SUIDA, DE ORPHEO.

ORPHEUS, tempore Judicum qui Judæis præfuerunt, everſo Athenienſium imperio, notus fuit, philoſophus excellentiſſimus, & multorum myſteriorum peritus. Feruntur enim ab eo ſcriptæ orationes de cognitione Dei.

## EX ORPHEO.

*De Deo.* I.

Loquar quibus fas eſt; ſed fores claudite profanis
Omnibus ſimul: tu verò audi, ex lucifera oriunde Luna
Muſæe: narrabo enim vera: nec te quæ antea
In animo *tibi* viſa ſunt, charâ vitâ ſpolient, (adverte,
Reſpiciens verò ad divinum *hunc* ſermonem, ei diligenter animũ
Intendens cordis rationis-capax conceptaculum: rectè autem ad-
Viam, & ſolum adſpice mundi regem. (ſcende
UNUS eſt per-ſe-genitus: ex eo uno omnia nata ſunt.
Ipſe verò in illis verſatur: nec quiſquam eum
Intueri-poteſt mortalium; ſed ipſe nihilominus omnes intuetur.
Hic ex bono malum hominibus dat,
Et bellum horribile, & dolores lacrymoſos:
Nec quiſquam eſt alius. Tu verò facilè omnia adſpexeris,
Si videres eum antequam tandem huc ſuper terram *venit*.
Fili mi, oſtendam tibi, quandoquidem video ejus
Veſtigia, & manum robuſtam potentis Dei:
Ipſum verò non *poſſum*-adſpicere. Nubes enim eum circumſtat

Reliqua

Ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἱερὸν μέρος ἀγλαΐης τε,
Ἐν δὲ χαριτοπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς φιλότητος,
Ἐν δέ γε μὲν δήρης καὶ δυσφροσύνης ἀλεγεινῆς.
Τῷ σε χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδεγμένον εὔφρονι θυμῷ
Πίνειν· μηδὲ βορῇ κεκακωμένον ἠΰτε γῦπα
Ἦδη πλημμύροντα, λελασμένον εὐφροσυνάων.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.

Οἶνος μὲν θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
Πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ, χέρειον.

Τῷ κεράσας κρητῆρα μέγαν χρυσοῖο φαεινὸν,
Σκύφους αἰνύμενος θαμέας ποτὸν ἡδὺν ἔπινεν.

---

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΐΔΑ, ΠΕΡῚ ὈΡΦΈΩΣ.

ὈΡΦΕΥ͂Σ, ἐπὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις κριτῶν, καταλυθείσης τῆς βασιλείας Ἀθηναίων, ἐγνωρίζετο, σοφὸς ἄριστος γενόμενος, καὶ πολλὰ μυστήρια διδαχθείς. Φέρονται γὰρ αὐτοῦ καὶ περὶ θεογνωσίας λόγοι.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ὈΡΦΈΩΣ.

### Περὶ Θεοῦ. α'.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε.
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ δ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
ΕἿΣ δ' ἔστ' αὐτογενής· ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα·
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος. σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐσορήσαις,
Αἴ κεν ἴδῃς αὐτὸν πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν.
Τέκνον ἐμὸν δείξω σοι, ὁπηνίκα δέρκομαι αὐτοῦ
Ἴχνια, καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο θεοῖο·
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω. περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται

Λοιπὸν

Reliquā mihi: ſtant autem decem orbes hominibus. (imperat,
Non enim quiſpiam mortalium videre poſſet eum qui hominibus
Niſi unigenitus quidam profectus ab-antiqua-origine gentis
Chaldæorum: ſciebat enim aſtri curſum,
Et ut ſphæra motum circum terram circumvolvit,
Circularem æqualiter & in ſuo centro.
Ventos autem gubernat circum aërem & circa fluxum
Aquæ, & exerit fulgorem ignis potenter-facti.
Ipſe deinde ſuper amplum cœlum consêdit
In aureó ſolio, terra autem ſub pedibus jacet:
Manúmque dextram ad limites Oceani
Extendit, & montium baſis intus tremit,
Nec ingens illud robur ferre poteſt. Eſt autem omnino
Ipſe cœleſtis, & ſuper terram omnia perficit,
Principium tenens ſimul & medium atque finem,
Ut habet ſermo antiquorum, ut ex aqua-ortus *Moſes* deſcripſit,
Acceptâ divinitus lege quæ duplicia præcepta continet.
Non fas eſt aliter loqui. Tremo verò membris
In animo. Ex alto imperat omnibus ordine.
O fili, tu mentem tuam admove, linguam
Bene cohibens: in pectore verò conde hunc ſermonem.

## *Ejuſdem.* II.

O rex cœli & inferni, maríſque & terræ,
Qui tonitribus concutis validam domum Olympi,
Quem dæmones horrent, & deorum cœtus metuit,
Cui Parcæ quantumvis implacabiles obediunt,
Æterne ave-materne, cujus irâ omnia quatiuntur,
Qui agitas ventos, omniáque nubibus obducis (aſtra
Igneis turbinibus diffindens latum aërem. Tuus quidem eſt inter
Locus, qui immutabilibus præceptis movetur:
Tuo autem ſplendido ſolio adſtant laborioſi
Angeli, quibus curæ eſt quomodo mortalibus omnia perficiuntur
Tuum ver recens relucet floribus purpureis,
Tua hyems frigidis advenit nubibus,
Quas olim ebrius Bacchus diſtribuit Autumni *tempore.*

## *Ejuſdem.* III.

Æternum, immortale, fandum duntaxat diis;
Veni maxime deorum omnium cum potenti fato,
Horrende, invicte, magne, æterne, quem circundat aër,
Huc veni, aures mihi & purum auditum aperiens,

Audi

Λοιπὸν ἐμοί· πᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώποισιν.
Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,
Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης,
Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει,
Κυκλοτερές γ' ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ σφέτερον κνώδακα.
Πνεύματα δ' ἡνιοχεῖ περί τ' ἠέρα, καὶ περὶ χεῦμα
Νάματος, ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας ἰφιγενήτου.
Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε,
Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο
Ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ,
Οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. ἔστι δὲ πάντως
Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων ἅμα καὶ μέσον ἠδὲ τελευτήν,
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξεν,
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.
Ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν. τρομέω δέ γε γυῖα
Ἐν νόῳ. ἐξ ὑπάτου κραίνει περὶ πάντ' ἐνὶ τάξει.
Ὦ τέκνον, σὺ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλώσσης
Εὖ μάλ' ἐπικρατέων· στέρνοισι δὲ ἔνθεο φήμην.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.

Αἰθέρος ἠδ' ἀΐδου, πόντου γαίης τε τύραννε,
Ὃς βρονταῖς σείεις βριαρὸν δόμον Οὐλύμποιο,
Δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος,
Ὧ μοῖραι πείθονται ἀμείλικτοί περ ἐοῦσαι,
Ἄφθιτε μητροπάτωρ, οὗ θυμῷ πάντα δονεῖται,
Ὃς κινεῖς ἀνέμους, νεφέλῃσί τε πάντα καλύπτεις,
Πρηστῆρσι σχίζων πλατὺν αἰθέρα· σὴ μὲν ἐν ἄστροις
Τάξις ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσύναισι τρέχουσα·
Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
Ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται.
Σὸν μὲν ἔαρ λάμπει νέον ἄνθεσι πορφυρέοισι,
Σὸς χειμὼν ψυχραῖσιν ἐπερχόμενος νεφέλαισιν,
Ἅς ποτε βρακχευτὰς Βρόμιος διένειμεν ὀπώρας.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'.

Ἄφθιτον, ἀθάνατον, ῥητὸν μόνον ἀθανάτοισιν,
Ἐλθὲ μέγιστε θεῶν πάντων κρατερῇ σὺν ἀνάγκῃ,
Φρικτός, ἀήττητος, μέγας, ἄφθιτος, ὃν στέφει αἰθήρ,
Δεῦρό νυν, οὔατά μοι καθαρῶς ἀκοάς τε πετάσσας,

Κέκλυθι

Audi òmnem ordinem quem * conjectavit Deus
Ex una nocte & ex uno die ſimiliter.

* *Fortè meliùs legendum, ſabricavit.*

# E SUIDA, DE MIMNERMO.

MIMNERMUS. Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Aſtypalienſis, Elegiarum ſcriptor. Vixit Olympiade 37 ità ut præceſſerit ſeptem Sapientes. Nonnulli verò dicunt eum eodem cum illis tempore vixiſſe. Vocatus etiam fuit Ligyaſtades ob ejus induſtriam & ſuavitatem.

## E MIMNERMO.

### *De Vita, Quòd brevis ſit.* I.

Nos autem, velut ſolia producit floridum tempus
Veris, cùm ſubitò ſplendor ſolis augetur:
His ſimiles ad breve tempus floribus juventutis
Delectamur, à diis neque malum edocti
Neque bonum. Parcæ autem nigræ nobis adſtant:
Altera, gerens finem moleſtæ ſenectutis;
Altera, mortis. Breve autem tempus durat juventutis
Fructus, quamdiu ſuper terram ſpargitur ſol:
At poſtquam terminus temporis hujus præteriit,
Statim mori ſatius eſt, quàm vivere.
Multis enim malis animus afficitur. Aliquando res domeſtica
Laborat, & paupertatis opera triſtifica fiunt.
Alius rurſus deſiderat liberos, quos maximè
Cupiens, tellurem ſubit ad inferos.
Alius morbo animum-corrumpente tenetur: nec ullus eſt
Hominum, cui non multa Jupiter mala largiatur.

### *Ejuſdem.* II.

#### *Vituperium Senectutis.*

* * *
* * *

Sed breve tempus durat, inſtar ſomnii,
Juventus pretioſa. Difficilis autem deformíſque
Senectus ſtatim imminet capiti,
Odioſa ſimul & contempta, quæ vltum reddit obſcurum,
Lædit autem oculos mentémque circumfuſa.
Tithono Jupiter malum immortale dedit
Senectutem, quæ vel triſti morte magis eſt timenda.

Qui

E Κέκλυθι τάξιν ἅπασαν ὅσην* τεκμήρατο δαίμων
Ἐκ τε μιῆς νυκτὸς ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὔτως.

*ἴσ. βέλτιον, τεκτήνατο.

---

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΙ͂ΔΑ, ΠΕΡῚ ΜΙΜΝΈΡΜΟΥ.

Μίμνερμος, Λιγυρτιάδου, Κολοφώνιος, ἢ Σμυρναῖος, ἢ Ἀστυπαλιεύς, Ἐλεγειοποιός. Γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζ' σοφῶν. Τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυαστάδης διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγύ.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΜΙΜΝΈΡΜΟΥ.

### Περὶ βίου, ὅτι βραχύς. α'.

Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
Ἦρος, ὅτ' αἶψ' αὐγῇ αὔξεται ἠελίου·
Τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
Τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν,
Οὔτ' ἀγαθόν. κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι·
Ἡ μὲν, ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου·
Ἡ δ' ἑτέρη, θανάτοιο. μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης
Καρπὸς, ὅσον τ' ἐπὶ γῆν κίδναται ἠέλιος.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,
Αὐτίκα τεθνάναι βέλτιον, ἢ βίοτος·
Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται. ἄλλοτε τ' οἶκος
Τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει.
Ἄλλος δ' αὖ παίδων ἐπιδεύεται, ὧντε μάλιστα
Ἱμείρων, κατὰ γῆς ἔρχεται εἰς Ἀΐδην.
Ἄλλος νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον· οὐδέ τίς ἐστιν
Ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ.

## ΤΟΥ͂ ἈΥΤΟΥ͂. β'.

### Ψόγος γήρως.

* * *

Ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται, ὥσπερ ὄναρ,
Ἥβη τιμήεσσα. τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται,
Ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὅ, τ' ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα,
Βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.
Τιθωνῷ μὲν ἔδωκεν ἔχειν κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς
Γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέου.

Qui pulcherrimus erat olim, ubi forma præteriit;
 Nec *ut* pater à filiis honoratur, nec ab amicis.

### *Ejuſdem.* III.

Qualiſnam vita *foret*; aut quid jucundi ſine aurea Venere?
 Emoriar, quando iſta mihi non ampliùs curæ fuerint:
Amor, *inquam*, occultus, & blanda dona, & lectus,
 Si rapidi ſint juventutis flores
Viris & mulieribus: ubi verò moleſta ingruerit
 Senectus, quæ pulchrum etiam virum deformem reddit,
Semper tum graves animum rodunt curæ,
 Nec ſolis adſpectu delectatur *ſenex*;
Inviſus eſt pueris, contemptúſque mulieribus:
 Adeò miſeram Deus ſenectam fecit.

### *Ejuſdem.* IV.
### *De Fortitudine.*

Non quidem illius robur, & fortem animum
 Similem iis qui ante me fuerunt, credo; qui ipſum viderunt
Lydorum equitum confertas diſturbare turmas,
 Hermi per campum virum haſtatum.
Ipſius quidem nunquam omnino culpavit Pallas Minerva
 Acre robur pectore, quando in prima acie
Furebat, ac ſanguinarii in pugna belli
 Acerba per vim repellentis hoſtium tela.
Non enim illo hoſtium alius præſtantior vir
 Erat ad percurrendum pugnæ validæ
Opus, quamdiu luce fruebatur ſolis velocis.

*****

### *Ejuſdem.* V.
### *Iambi.*

Inſigni cuipiam viro proni ſumus omnes
Invidere vivo, mortuum autem laudare.

### *Ejuſdem.* VI.
### *In Medicos.*

--Sicut medici ſolent dicere,
Leves affectus majores fiunt & graviores quàm timendum ſit,
Ut ſeipſos extollant.---

Τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη,
Οὔτε πατὴρ παισὶν τίμιος, οὔτε φίλοις.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.
Κρυπταδίη φιλότης, καὶ μείλιχα δῶρα, καὶ εὐνή,
Ἄνθεα εἰ ἥβης γίγνεται ἁρπαλέα
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξίν· ἐπεὶ δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
Γῆρας, ὅ, τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
Αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
Οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου,
Ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισίν, ἄτιμαστος δὲ γυναιξίν·
Οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός.

Τοῦ αὐτοῦ. δ'.
Περὶ ἀνδρείας.

Οὐ μὲν δὴ κείνου γε μένος καὶ ἀγήνορα θυμὸν
Τοῖον ἐμεῦ προτέρων πεύθομαι, οἵ μιν ἴδον,
Λυδῶν ἱππομάχων πυκινὰς κλονέοντα φάλαγγας,
Ἕρμιον ἂμ πεδίον φῶτα φερεμμελίην.
Τοῦ μὲν ἄρ' οὔποτε πάμπαν ἐμέμψατο Παλλὰς Ἀθήνη
Δριμὺ μένος κραδίης, εὖθ' ὅτ' ἀνὰ προμάχους
Σεῦ' ἠδ' αἱματόεντος ἐν ὑσμίνῃ πολέμοιο
Πικρὰ βιαζομένου δυσμενέων βέλεα.
Οὐ γάρ τις κείνου δηΐων ἔτ' ἀμεινότερος φὼς
Ἔσκεν ἐποίχεσθαι φυλόπιδος κρατερῆς
Ἔργον, ὅτ' αὐγαῖσιν φέρετ' ὠκέος ἠελίοιο.

* * * * *

Τοῦ αὐτοῦ. ε'.
Ἴαμβοι.

Δεινοὶ γὰρ ἄνδρει πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.

Τοῦ αὐτοῦ. ϛ'.
Εἰς ἰατρούς.

—Οἷα δὴ φιλοῦσιν οἱ ἰατροὶ λέγειν,
Τὰ φαῦλα μείζω καὶ τὰ δείν' ὑπὲρ φόβον,
Πυργοῦντες αὐτούς —

# E SUIDA, DE LINO.

LINUS Chalcidenſis primus literas ex Phœnicia ad Græcos attuliſſe, Herculémq; literas docuiſſe, & inter Lyricos Poëtas princeps extitiſſe dicitur.

## E LINO.

### *In prudentiam.* I.

PRoſpice, animum intendens & muniens ex auditu
Noſtri ſermonis, viam præ cunctis veram:
Noxas repellens, ſortéſque damnoſas, quæ profanorum
Vulgus ſubvèrtunt maliſque per omnia implicant
Variis, fraudulentas ſibi formas ſumentes.
Has tu cuſtodiâ mentis ab animo arceto:
Hæc enim expiatio revera te juſtè purgabit;
Siquidem re ipsâ oderis exitioſum earum genus;
In primis verò materiam omnium malorum largitricem,
Quam cupido inſtar-aurigæ-regit ſtolidis frænis.

### *Ejuſdem.* II.

### *In Spem.*

SPeranda ſunt omnia: quia nihil non ſperari poteſt.
Omnia Deo facilia factu ſunt, nihilque impoſſibile.

---

# E SUIDA, DE CALLIMACHO.

CALLIMACHUS Cyrenæus, Grammaticus, diſcipulus Hermocratis. Fuit autem adeò ſtudioſus, ut & Poëmata carmine ſcripſerit, & plurima etiam proſâ oratione compoſuerit, ultra libros 800. Vixit tempore Ptolemæi Philadelphi, Olympiad. 127.

## E CALLIMACHO.

### *Perjurium.* I.

JUravit *quidem*: ſed, ut aiunt, ô Dea, amatoria
Juramenta deorum non ſubeunt aures.

*Ejuſdem.*

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΐΔΑ
## ΠΕΡῚ ΛΙ'ΝΟΥ.

ΛΙ'ΝΟΣ Χαλκιδεὺς πρῶτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν λέγεται, γενέσθαι δὲ Ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων, καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος ἡγεμών.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΛΙ'ΝΟΥ.
Εἰς συφροσύνην. α.

Φράζεο δή, σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς
Μύθων ἡμετέρων, ἄτρεπτον περὶ παντὸς ἀληθῆ·
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵτε βεβήλων
Ὄχλον ἀΐσσουσαι ἄπαις περὶ πάντα πέδουσι
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι.
Τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο·
Οὗτος γάρ τε καθαρμὸς δικαίως ὁσιοῦσι,
Εἴ κεν ἀληθείη μούσης ὅλον ἦτορ αὐτοῦ,
Ἠδ' ὕλην πρώτης αἰσχρῶν δύτειραν ἁπάντων,
Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.
Εἰς ἐλπίδα.

Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.
Ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

# ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΐΔΑ,
## ΠΕΡῚ ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.

Καλλίμαχος, Κυρηναῖος, γραμματικός, μαθητὴς Ἑρμοκράτους. Οὗτος δὲ γέγονεν ἐπιμελέστατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καταλογάδην πλεῖστα ὑπὲρ βιβλία ω'. Ἐπὶ δὲ τὸν χρόνον ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, Ὀλυμπιάδι ρκζ'.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΚΑΛΛΙΜΑ'ΧΟΥ.
Ἐπιορκία. α.

Ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν, ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

*Ejuſdem.* II.
*De Literis.*

Etenim ego quæcunque capiti olim largitus ſum,
Flava cum odoratis unguenta corollis,
Omnia ſtatim odorem amiſerunt: & quæ dentes
Intra, & ventrem ingratum ſubierunt,
Eorum quoq; nihil in craſtinum remanſit. Quæ vero in aures
Recondidi, ea ſola mihi adhuc manent.

*Ejuſdem.* III.

Neque divitiæ ſine virtute viros promovere poſſunt,
Neque virtus *ſine* divitiis.----

*Ejuſdem. IV. In Paupertatem.*

Dii ſemper tenuiter largiuntur tenuis fortunæ hominibus.

# E SUIDA, DE EVENO PARIO.

EVENOS duos commemorant, Elegiarum ſcriptores, & utrumque Parium.

## EX EVENO PARIO.

I.

Multis quidem mos eſt in omnibus ex æquo contradicere;
Rectè verò contradicere non ſolent.
Et adverſus illos ſatis eſt antiquum ſermonem reſpondere;
HÆC tibi videntur, illa verò mihi.

*Ejuſdem.* II.

Ad ſapientiam *quærendam* adhibere audaciam, perutile eſt;
Alioqui noxia eſt, damnúmque affert.

*Ejuſdem.* III. *De Irâ.*

Sæpe ira mentem hominum detexit
Latentem, quæ longè pejor eſt inſaniâ.

*Ejuſdem.* IV.

Exercitationem diuturnam permanere judico, amice: &,
Si aucta fuerit, hominibus alteram eſſe naturam.

*Ejuſdem.* V.

Omne enim quod ex neceſſitate fit, moleſtum eſt,

Τοῦ αὐτοῦ. β'.

Περὶ γραμμάτων.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα
Ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκηράτοις στεφάνοις,
Ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ὀδόντων
Ἔνδοθι, νειαίραν τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον· ὅσσα δ' ἀκουαῖς
Εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'.

Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὔτ' ἀρετὴ, ἀφένοιο.

Τοῦ αὐτοῦ. δ'. Εἰς πενίαν.

Αἰεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.

---

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΐΔΑ, ΠΕΡΙ' ΕΥΗΝΟΥ ΠΑΡΙΟΥ.

ΕΥΗΝΟΥΣ ἀναγράφουσι δύω, Ἐλεγειῶν ποιητὰς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους.

## ἘΚ ΤΩ͂Ν ΕΥΗΝΟΥ ΠΑΡΙΟΥ. α'.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως·
Ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
Καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ λόγος ὡς ὁ παλαιός,
ΣΟΙ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Τοῦ αὐτοῦ. β'.

Πρὸς σοφίην μὲν ἔχειν τόλμαν, μάλα σύμφορόν ἐστι·
Χωρὶς δὲ βλαβερὴ, καὶ κακότητα φέρει.

Τοῦ αὐτοῦ. γ'. Περὶ ὀργῆς.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
Κρυπτόμενον, μανίης πολὺ χειρότερον.

Τοῦ αὐτοῦ. δ'.

Φημὶ πολυχρονίην μελέτην ἔμμεναι, φίλε· καὶ δὴ
Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Τοῦ αὐτοῦ. ε.

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.

# E SUIDA, DE ERATOSTHENE.

ERATOSTHENES, Cyrenæus, diſcipulus Philoſophi Ariſtonis Chii. Natus eſt 127 Olymp. Scripſit autem Philoſophica, Poëmata, Hiſtorias, & alia multa.

## EX ERATOSTHENE.

### *In Incontinentiam.* I.

VInum igni æqualem vim habet. Ubi hominem
Subierit, conturbat eum ſeu Libycum mare
Aquilo, vel Auſter: unde quoque prodit latentia
In mentis receſſu & virorum animum univerſum concutit.

### *Ejuſdem.* II.
### *De Zonis.*

Quinque autem Zonæ rotundæ circumvolvuntur.
Duæ quidem glauco *ſunt* obſcuriores cyano:
Una verò, ſabuloſa, torridáque, & rubens,
Verberata flammis; quoniam eam partem ſibi
Subjectam perpetuò ardentes radii torrent:
Reliquæ duæ ad utrumque polum extenſæ,
*Sublimia, parùm tuta* 485
*Summa petit livor* ibid.
in *Superbiam* 409, 48. 529 *
*Sus Minervam docet* 143, 23. 147. 136. 153, 41

*Teipſum reverere* 417, 11, &c.
*Temperantiam exerce* 411, 72. 419, 19, & 32, &c.
*Tempus, malorum omnium medicina* 487. *Tempori ſervi* 413, 113. in *Tempus* 515 *. 433 *
*Tentando omnia fiunt* 109, 61
in *Tolerantiam* 529 * vide *Patientiam*
*Tres tantùm prudentum calices*; Sanitatis, Voluptatis, Somni 495

*Tria*

*Tria cogendi vim habent*, Neceſſitas, Lex, Conſuetudo 493
*Tria cohiberi nequeunt*, Vulgus, Aqua, Ignis 411, 91
*Tyranni, odioſi* 403, 1183, 405, 1203.

*V Aletudo curanda* 421, 32
in *Venerem illicitam*, 407, 1, 415, 178. *maſculam* 415, 180. 317, 201, &c.
*Verbum emiſſum irrevocabile* 491
in *Veritatem* 487. 503 *
in *Verſipelles* 409, 44
*Verum loqui, optimum* 487
*Vicino bono nihil melius* 19, 344
*Vicino malo nihil pejus* 19, 344
*Victûs ratio* 421, 35
*Vindicta Dei certiſſima* 7, 105 17, 325, &c. 95, 613. 169, 17. 135, 63. 425, 27
*Vinum immoderatè ſumptum peſſimum* 115, 2, &c. 357, 211 375, 479. 495. *moderatè ſumptum, optimum* 357, 211 371, 509. 459. *nec bonum, nec malum* 389, 871, &c.
*Vini & hominis comparatio* 479, 483. *Vini laus, & vituperium* 459 *
in *Virginem nubilem* 491
*Virginitas conjugio præferenda* 453, 1, &c. *ſervanda* 407, 11
*Vir inutilis quis* 17, 294. *optimus quis* 17, 291
*Virtus, Dei donum* 207, 137 *divitiis præferenda* 363, 315, &c. *donum optimum* 395, 997 *non innata.* 367, 429, &c.
*Virtutis gloria, æterna* 389, 865 *Via aſpera* 15, 287, &c.
in *Virtutem* 503 *
*Vita, brevis* 413, 109. 443, 3 453 * *Vita hominis diviſa in decem ſeptenarios* 431, 1, &c.
*Vitæ calamitates, omnibus communes* 409, 25. 409, 36, & 54. 437, 63. 473
*Vita nullum genus bonum* 473 *omne genus bonum* 473
in *Vitam humanam* 443. * 459 * 505. * 513 *
*Vitii via, trita & facilis* 15, 285
in *Vituperium* 533 *
in *Voluptatem* 513 *
*Vulgus Aqua, & Ignis, cohiberi nequeunt* 411, 91
*Vulgo non fidendum* 411, 90
*Uxor diligenda* 417, 184. *ducenda* 415, 164. *non dotis gratiâ* 357, 185, &c. 417, 188 *qualis ducenda* 419, 12. 447, 83. *quando* 35. 313, &c.
*Uxoris bonæ laus* 35, 320. 405, 3. 417, 184. *officium* 453, 12, &c. 473. *malæ vituperium* 35. 321
*Uxore bonâ nihil melius, malâ nihil pejus* 449

FINIS.

# Radulphi Wintertoni

## in Obſervationes ſuas Proœmium.

SCholia ſiquis hîc fortè expectet, aut ἐξηγήσεις, ſive Hiſtoricas, ſive Philoſophicas, ſive Dialecticas, næ ille vehementer errat. Conſulendi huic ſunt Moſchopulus, Proclus, Tzetzes, Joannes Diaconus: *Suppeditabunt hi, viris doctiſſimis & Græcæ linguæ peritiſſimis quod omni in genere abundè ſatisfaciat, & in quo ſe exerceant. Tenuiora ſunt hæc quæ à me apparantur, quàm ut digna exiſtimem quæ à doctis legantur: nec indigna tamen quæ è pueris cognoſcantur, quibus præcipuè hæc qualiſcunque à me navatur opera. Summa omnium quæ ſequuntur ad hæc tria capita, ſive* Grammaticæ *partes, poſſe reduci videtur,* Orthographiam, Orthometriam, Orthotoniam: *Quæ niſi à teneris unguiculis probè ediſcantur (eſt enim illa ætas ad diſcendum à natura maximè comparata, dum metus & magiſter ad ſtudium impellunt) ætatis progreſſu, (ſæpe ut fit) dum ad res cognoſcendas ſummo ſtudio & animi contentione feſtinatur,* à pleriſque (τοῖς πολλοῖς, *uti olim queſtus eſt* Laſcaris, λιγαρεῖται διὰ τὴν ἄγνοιαν) negliguntur propter ignorantiam; *à pleriſq; inquam, qui, nequid eorum quæ ſciri oportuit ignorare videantur, in hujuſmodi minutioribus malè locatam aiunt eſſe operam: eſſe enim hominis cujuſvis. Eſto. Nihil enim mihi arrogo præter hoc unum, Quòd me exorari paſſus ſim, rudimenta quædam Græcæ linguæ, & minutiora (ut in probris loquuntur) minutioribus & erudiendis, non eruditis & grandioribus legenda, ut attexerem. Alia ætas aliud ſcribendi genus poſtulat: Quanquam nec hoc eò dico, quo nihil hîc quicquam expectet quiſquam præter puerilia. Sint minutiora hæc: At certè ejuſmodi ſunt, de quibus ipſum* Euſtathium, *& Scholiaſtas veteres, quibus debeo penè omnia, in ſuis Scholiis pluribus agere neutiquam puduit, ut à quibus penderent grandiora, quibúſque neglectis Græca Lingua à Barbarorum parum differret. Hos, inquam, non puduit: nedum me puderet. Hactenus conſilium meum in Obſervationibus ſequentibus attexendis communicatum oportuit.*

*Quibus* Autoribus *uſus ſim, quorúmque* Editiones *ſecutus, ad calcem* Obſervationum *indicabit* Syllabus.

Obſerva-

# Obſervationes & Lectiones ejuſdem, in HESIODI *Operum & Dierum* *Librum*. I.

VERS. 1. Μοῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι. Verſus hic, ut & ſequens, propter *Enallagen* Pedis, nempe *Spondei* pro *Dactylo* (ſunt enim æqualium temporum) Græcé dicitur Σπονδειακός. Cujus generis infinita ſunt exempla apud Græcos poëtas; quos imitantur etiam interdum Latini; *Virgilius* vicies, id certò ſcio, & plùs eo. Duo exempla proferam: *Eccl*. 5. verſ. 38.

*Pro molli viola, pro purpureo narciſſo.*

Et *Georg*. 1. 221.

*Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.* Ubi notandum obiter, *æ* in *Eoæ* neglectâ *Synalœphâ* ſervare ſua tempora: ut contrà interdum alterum tempus amittit, *Æneid*. 3. 211. in *Inſulæ*,

*Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.*

------ἀοιδῇσι κλείουσαι] Syllaba --σι naturâ brevis per tertium *Poſitionis* genus, quod apud Græcos eſt uſitatiſſimum, producitur: quod genus *Poſitionis* apud Latinos rariùs occurrit, ídque ferè ſemper in *Cæſura*, ut hîc; quamvis apud Græcos quovis in loco admitti & poteſt & ſolet. Particulâ verò Enclitica --*que* præ reliquis hoc privilegium quodam modo ſibi vendicat, ut in *Enneemimere*, *Æneid*. 9. 767.

*Alcandrúmque, Haliúmque, Noëmonáque, Prytanínque.*

Quem verſum tranſtulit *Virgil*. ex *Hom*. Iliad. ε. 678.

Ἄλκανδρόν θ', Ἅλιόν τε, Νοήμονά τε, Πρύτανίν τε.

In *Triemimeri* verò frequentiùs, *Eclog*. 4. 51.

*Terráſque, tractúſque maris, cœlúmque profundum.*

Et *Georg*. 1. 164.

*Tribuláque trabeæque, & iniquo pondere raſtri.* Multíſque aliis in locis, præſertim verò in *Polyſyndetis*.

VERS. 2. Δεῦτε, Δί' ἐννέπετε] γρ. Δεῦτε δή. Quam lectioné jure averſatur *Stephanus* ut vitioſam: ſed in margine adſcribit tamen, cùm extet in *Ald*. & *Flor*. Editionibus. Ego, tyronum & perſpicuitatis gratiâ, poſt Δεῦτε interpunctione utor, & ſcribo Δί' initiali literâ majuſculâ. Quod verò attinet ad vitioſam lectionem per particulam δὴ, ſi liceat mihi conjecturam meam in medium proferre, non dubito equidem quin acciderit ex eo, quòd apud poſteriores, opinor, Græcos, (nam apud

veteres

veteres aliam fuiſſe pronunciandi rationem facilè probari poteſt) ut & apud hodiernos etiamnum Græcos, ι & η eandem planè vim habebant in pronunciando: cujus veſtigium apparet in ipſorum elementorum vi prophorica, Alphabetico ordine, in quibuſdam Grammaticis, expreſſa: β, *Vita*; η, *Ita*; θ, *Thita*. Quò facit etiam ἐνμεταβλησία harum vocalium in linguarum derivatione, ut ab ἀναχωρητής, *Anachoreta*, Anglicè *Anchorite*: πατήρ, *Pater*, Anglice olim *Vadir*. Sed leve eſt hoc, dicet non nemo, & indignum de quo tam multa dicerentur. Addam igitur illud, quod cum jucunditate non nullam forté utilitatem conjunctam habeat. Cum incidiſſem aliquando in *Aldinam* Septuaginta Veteris Teſtamenti interpretum, & Novi etiam, in eodem volumine, Editionem, omnium longè corruptiſſimam, in qua vix ulla columna reperiri poſſit, quæ non turpiſſimis mendis ſcateat, obſervatione frequenti tandem intellexi accidiſſe penè omnia à corrupta pronũciatione, *Anagnoſtâ* fortè diverſas vocales & diphthongos confundente, & *Exceptore* ſeu *Tranſcriptore*, ante uſum artis Typographicæ inventum; aut poſt inventum, *Collatore* ſeu *Examinatore*, non diſcernente quæ à ſe invicem diſcerni debebant. Et hîc mihi in mentem venit cujuſdam Græci, cujus aliquando, jam tum Recens in Academia, colloquio uſus ſum. Hic me in primo congreſſu pronunciatione ſuâ, ante illud tempus mihi prorſus inauditâ, cruciavit plurimúm. Nã interroganti mihi neſcio quid, interrogando reſpondit ut qui quid vellem non intelligeret. Τί μι λέγις κίειε; Mirabar quid eſſet: rogavi ut verba prolata in charta deſcriberet. Deſcripſit, Τί μοι λέγεις, κύριε; Rectè & *Orthographicé*. *Orthographiam* laudavi: pronunciationem ut vitioſam vituperavi. Ille verò contrà meam, ut agreſtem planè: pronunciabam enim more noſtratium, *Ty moi legeis kurie*. Hæc ubi audiret, temperare ſibi non potuit, quin rideret. Προφέρεις, inquit, ἀγροικῶς πως· id eſt, *Pronuncias more ruſtico*. Ἄκουσον κίειε· δεῖ οὕτω προφέρειν, ἀστείως πως· (ſcribo enim, uti pronunciabat ille) *Audi Domine: ſic oportet proferre, more urbano*, Τί μι λέγις κίειε; ἄλλως ἢ γράφειν, Τί μοι λέγεις κύριε. Pergebam orare ut vellet vim prophoricam vocalium & diphthongorum in charta deſcribere. Deſcripſit ad hunc modum,

Δεῖ προφέρειν τὸ / τῶν { η, υ, ει, οι } ὡς ι, ὥσπερ { τη, τυ, τει, τοι } τι.

τῶν { αι } ὡς ε, οἷον { ται } τε

Ex illo cœpi faciliùs aſſequi vim verborum, pronunciante illo ſuo more. Urgebam; Πῶς οὖν διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, ἡμεῖς καὶ ὑμεῖς; ἢ πῶς διαγνοίη τις ἄν, εἰ δεῖ ὁμοίως προφέρειν, ἰμῖς, ἰμῖς; Reſpondit, διὰ τῆς συντάξεως. *thia tis ſyntaxeos*, ἰμῖς λέγομεν, ἰμῖς λέγετε. Sed quid ago? Abrumpendum hîc cenſeo cum homine Græco de poteſtate Græcarum literarum & diphthongorum colloquium, nè diutiùs intermiſſo, quod mihi propoſitum ab initio ἔργον erat, plùs æquo πάρεργον proſequi videar. Quod verò ad pronunciationẽ iſtã, de qua tã multa dicta ſunt, attinet, hoc meum judicium eſt. Ut, propter multiplicem vocum confuſionem, & frequentiſſimã erratorum occaſionem, mihi neutiquam placet: Sed nec nullum ejus eſſe uſum etiamnum judico. Nam & in familiaribus colloquiis, ſiquando occurrat homo Græcus, & in originibus linguæ Latinæ, quæ à Græca multa deducit, inveſtigandis, & denique in erratis antiquiſſimorum Typographorum in Græcis detegendis, eſt utilis admodum. De uſu in Colloquiis, nemini dubium eſſe poteſt: In iis, quæ à Græcis multa deſcendunt, partim ex iis quæ jam dicta ſunt intelligi poteſt, partim ex iis quæ ſequuntur, demonſtrari; ut à δείκω, *dico*; Δαρεῖος, *Darius*; εἰρωνεία, *Ironia*; ἀλείπτης, *Alipta*: οἶνος, per *Digamma* Æolic. Ϝοῖνος, per *Tropen* τοῦ F in *V* conſonantem *Vinum*; οἶνος Anglicè *à Vine*; Κῦρος, *Cyrus*; γυμνάσιον, *Gymnaſium*; ὕμνος, *hymnus*; ὑοσκύαμος, *Hyoscyamos*; ὕδρωψ, *hydrops*; Μοῦσα, *Muſa*; ναὶ, *næ*; αἰ, *hæ*; δίαιτα, *diæta*, &c. nam *æ* & *e*, ſive vocalis longa ſit, ſive brevis, ſonum habent eundem.

Quem deniq; uſum habeat ad errata detegenda, ſequens indicabit *Syllabus*; continet enim errata quædam in *Aldina* Editione *Evangeliorum* (de qua ſupra;) & in Editione *Heſiodi Trincaveliana*, quæ errata orta ſunt omnia ex confuſione vocalium & diphthongorum inter ſe propter ſoni ſimilitudinem.

*Ald.* (in ſequenti Syllabo) Editionem *Aldinam* ſignificat *Evangeliorum*, Ann. 1518. *Mt. Matthæi* Evangelium; *Mr. Marci. Luc. Lucæ*, *Jo. Joannis.*

*Tr.* Editionem *Heſiodi Trincavelianam*, Ann. 1537. *α.* ſignificat *Oper. & Dier.* lib. I. *β.* 2. *γ'.* *Dies. Sc. Scutum Herculis. Th. Theogoniam.*

Syllabus

# Syllabus erratorum quorundam, quæ ex vocalium & diphthongorum quarundam confuſione orta ſunt, poſitis aliis atq; aliis per incuriam pro aliis atque aliis ejuſdem poteſtatis prophoricæ.

αι pro ε.

*Ald.* κεραυσπαίδου pro κρασπέδου *Mt.* 9. 20. ubi etiam αυ pro α. —σωθῆται pro σωθῆτε, *Mt.* 13. 14. ubi etiam ι pro η. & ibid. βλέψεται pro βλέψετε. καινὸν pro κενὸν, *Mr.* 12. 3.

*Tr.* ὑπαίδεκτο pro ὑπέδεκτο, *Th.* verſ. 513.
φαίνεται pro φαίνετε. 650.

ε pro αι.

*Ald.* ἔγειρε pro ἔγειραι, *Mt.* 9. 5. ἀκέρεοι pro ἀκέραιοι, 10. 16. ἔρχετε pro ἔρχεται, 17. 11. ποιμένοντα pro ποιμαίνοντα, *Luc.* 17. 7.
*Tr.* παραχέεια pro παραχαίεια *d.* 327. ubi etiam χ pro κ. τημένει pro τημαίνει, *Th.* 232. ἐψηροχέλαδον pro αἰψηροκέλαδον, *Th.* 379.

---

η pro ι.

*Ald.* διεφήμησαν pro —ισαν, *Mt.* 9. 31. ἀποκεφάλησε pro —ισε, 14. 10. ἐσκανδαλήσθησαν pro —ίσθησαν, 15. 12. βαπτησθῆναι pro —ισθῆναι, *Luc.* 3. 21.
ἠδεῖν pro ἰδεῖν, *Jo.* 3. 3.
*Tr.* πεδήλοις pro —ίλοις, *Th.* 12. μεγήρητα pro —ιτα, ſecundum *Stephanum*, vel potiùs μεγήρατα, 240. ὑψηβρεμέτην, pro ὑψι— 568. ἄφθητον pro —ιτον, 805.

η & ῃ pro ει.

*Ald.* μνηστευθήσης pro —είσης, *Mt.* 1. 18. σκανδαλίζῃ pro σκανδαλίζει, 5. 29. προσθῆναι pro —εῖναι, 6. 27. ἐπιρράπτῃ pro —άπτει, *Mr.* 2. 21. παραθῆναι pro —εῖναι, 8. 7. ἐπισυναχθησῶν pro —εισῶν, *Luc.* 12. 1. ζητῆτε pro —εῖτε, 12. 29.
*Tr.* Ποσηδάωνα pro —ειδάωνα, *Th.* 15.

η pro υ.

*Ald.* ἡμεῖς pro ὑμεῖς, *Mt.* 6. 26. ἡμῶν pro ὑμῶν, 12. 27. μῆλος pro μύλος, 18. 6.
νῆκτα pro νύκτα, *Luc.* 2. 37.

*Tr.* ἁλμηρὸς pro ἁλμυρὸς, *Th.* 107. & 964. φορκὴν pro —ῦν, 237. κλητοῦ pro κλυ— 274. & 294. εὐρῆς pro —ὺς, 679. κεκαλημμένη pro —υμμένη, 757. νηδὺν pro νηδύν, 899.

η & ῃ pro οι.

In Edit. *Ald.* exemplum nondum obſervavi.

*Tr.* ἐσθλῆσιν pro —οῖσιν, *d.* 119. αἰδοίῃσιν pro —οισιν, *Th.* 80. ἐπιχθονίῃσι pro —οισι, *Th.* 755.

ι pro η.

*Ald.* μετριθήσεται pro ἀντιμετρη- *Mt.* 7. 2. βαπτισθίσεσθε pro -ήσεσθε, 20, 22. ἐπηρώτισαν pro ἐπηρώτησαν, 22. 23. Ναζαρινὲ pro -ηνέ, *Mt.* 1. 24. ἐχάρισε pro -ησαν, 14. 11.

*Tr.* ὠμιστὴν pro ὠμηστὴν, *Th.* 300. Ἄλδισκον pro Ἄρδησκον, 345 ubi etiam λ pro ρ. Ἵρίω pro Ἥρίω, 454. ἐπιστρέφεας pro ἐπιστρεφέας, 598.

ι pro ει.

*Ald.* ἀσθενίας pro -είας, *Mt.* 8: 17. ἐνετίλατο pro -τείλατο, 19. 7. συντελίας pro -είας, 28. 20.

ἀντιπεῖν pro -ειπεῖν, *Luc.* 21. 15.

*Tr.* Κρίω pro Κρείῳ, *Th.* 375. & apud *Stephanum* etiam.

ι pro υ.

*Ald.* διορίσουσι pro ύσσουσι, *Mt.* 6. 19.

κηρίσσων pro -ύσσων, *Mr.* 1. 14. ἐκήριξαν, pro -υξαν, 16, 20.

τιφλοὶ pro τυφλοὶ, *Luc.* 7. 22. κεκριμμένον pro -υμμένον.

*Tr.* κισσαμένη pro κυσ- *Th.* 125. κάλιψας pro -ύψας, 541.

ι pro οι.

*Ald.* ὁμιωθήσεται pro ὁμοιωθήσεται, *Mt.* 7. 26.

Rariora ſunt in *Ald.* Edit. errata hujuſmodi.

*Tr.* Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λιμὸν pro καὶ λοιμὸν, *ε.* 241. γάρ τι pro γάρ τοι, 300. νηλεοπίνες pro -ποίνες, *Th.* 217.

υ pro η.

*Ald.* δυνάριον pro δην- *Mt.* 20. 9.

ὑμῶν pro ἡμῶν, *Mr.* 9. 40.

μυτεὶ pro μητεὶ, *Luc.* 12. 53.

ἀπόλλυται pro ἀπόληται, 21. 18. ubi redundat etiam λ.

*Tr.* Ὕβlω pro Ἥβlω, *Th.* 17. δυῶσα pro δηώ- 236. ῥηξυώρεα pro -ηώρεα, 1007.

υ pro ει.

Hujus generis errata neque in *Ald.* neque in *Trinc.* Edit. obſervâſſe me memini.

υ pro ι.

*Ald.* ἐσπλαγχνύσθη pro -ίσθη, *Mt.* 9. 36. ψυχίων pro ψι- χίων, 15. 27.

*Tr.* Νυσσομένων pro Νισσ- ubi *Steph.* Νεισσ- *Th.* 71. ταυρύ- ῥυζοι pro -ιζοι, ubi *Steph.* -ρίζοι, *Sc.* 377. δυνῶντα pro -δην. *Th.* 337.

υ pro οι.

Deſideratur & hîc exemplum: Eſſe tamen haud dubium eſt utriuſque generis, ſiquis inter legendum accuratiùs obſervet.

ω pro

ει pro η, & ῃ.

*Ald.* περισσεύσει pro -σῃ, *Mt.* 5. 20. φονεύσει pro -σῃ, 21. ἀπολύσει pro -σῃ, 31. γαμήσει pro -σῃ, 32. ποιεῖς pro -ῇς, 6. 2. ἐγείγερται pro ἐγή- 11. 11.
ἐμβεῖναι pro -ῆναι, *Mr.* 6.45.
*Tr.* ἔχει pro ἔχῃ, *Th.* 462.

ει pro υ.

Deſideratur exemplum.

ει pro ι.

*Ald.* σκοτείᾳ pro -ίᾳ, *Mt.* 10. 27. σκανδαλεισθήσεσθε pro --ισθήσεσθε, *M.* 14. 27.
*Tr.* ἀλγεινόεντα pro ἀλγι-- *Th.* 266.

ει pro οι.

*Ald.* πλεῖον pro πλοῖον, *Mt.* 13. 2.
*Tr.* ἀπόλειτ' pro ἀπόλοιτ', ά. 346.

---

οι pro η, & ῃ.

*Ald.* εὕροι pro εὕρῃ, *Luc.* 15.8. ubi etiã peccatur ratione accentûs: nam eſſe deberet παροξύτονον, cùm οι in Opt. producatur.
*Tr.* πολλοὶ pro πολλῇ, *Th.* 418.

οι pro υ.

Deſideratur hactenus exemplum.

οι pro ι.

*Ald.* τοῖς pro τις indefinit. *Mt.* 12: 19.
*Tr.* ποιότατοι pro πότατοι, β'. 203, ἔτοι pro ἔτι, γ'. 59. λοιπαροί τε pro λιπαροί τε, *Th.* 62. ὄιαχε pro ἴαχε, 69.

οι pro ει.

*Tr.* ἐμοῖο pro ἐμεῖο, *Sc.* 449. οἰλιπόδων pro εἰλιπόδων, *Th.* 983.

Suppleat cui vacat, ſiquid occurrat inter legendum in hoc Erratorum genere obſervandum.

---

Ais adjungere alia diverſorum generum Errata non difficile eſſet mihi, ut η & ω pro ε & ο, & vice verſâ: ε pro ει, & ο pro ου; & ϛ pro σ aut ς, & vice verſâ, &c. Sed de Erratis ſatis: vereor etiam nè plùs ſatis. Redeo jam tandem in viam, unde digreſſus ſum, non tamen animo digrediendi, ſed juventutis nimis infeliciter, ſæpe ut fit, credulæ ſtudio potiùs præmuniendæ, nè temere errata Typographorum, antiquiſſimorum præſertim, pro veris & genuinis lectionibus amplexentur, ſéque errare ac decipi patiantur.

---

VERS. 3. Ὄντε διὰ] διὰ propter *Anaſtrophen* non patitur toni *Anabibaſmum*, ut nec ἀνά, nè cùm Δία & ἄνα *Nominibus* confundantur.

Verſ. 5. Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

Hujus verſus recta menſurandi ratio cruciavit multos. γρ. Ῥεῖα γὰρ] expuncto μὲν. credo, quòd metri rationem turbare videretur: ſed injuria; cùm ſequatur δὲ, & in verſu, retento etiam μὲν, redundet nihil. Qui ſic legunt, expuncto μὲν, nè errent ſolliciti, non animadvertunt ſe in errorem oppoſitum incidere: dum enim temporum *Exceſſum* apparentem tantùm, ſtante μὲν, in verſu verentur imprudentiùs; non verentur, expuncto μὲν confidentiùs, *Defectum* temporis manifeſtum, dum producunt ultimam in Ῥεῖα quæ naturâ corripitur, & non videtur aliquo modo excuſari poſſe, niſi dicatur, verſum eſſe Ἀκέφαλον. Alii legunt Ῥέα μὲν γὰρ] Quæ quidem lectio, quod ad metrum attinet, defendi poteſt: Sive dicamus Ῥέα μὲν eſſe *Anapaſtum* pro *Dactylo* (qui pedes ſunt æqualium temporum) ut apud *Homer.* Iliad. ί. 5.

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον·

& apud *Virgil.* Georg. 1. 482.

*Fluviorum rex Eridanus, campóſque per omnes.*

Sive, verſum eſſe Ἀκέφαλον· ſive Συνίζησιν eſſe in *Adverbio* Ῥέα, eámque duplicem in eodem verſu.

*Bailius* lectionem noſtram agnoſcit, ſed novam defendendi rationem molitur, quam ego neutiquam admittendam hîc cenſeo. Tradit hanc regulam in libro *De ſyllabarum quantitate*, (ſi *Scoto* credendum ſit: ipſe enim *Bailium* non vidi) *Interdum monoſyllabæ particulæ*(inter quas recenſet μὲν, γὰρ) *ſyllabas præcedentes, etiam diphthongos communes reddunt.* Exempla quatuor producit ex *Heſiodo* noſtro; de quibus ſingulis dicetur infrà ſuis in locis: quartum eſt hoc præſens, Ῥεῖα μὲν γὰρ] *Heſiodus,* inquit, *particulam* μὲν *ante* γὰρ *corripuit.* Tibi verò, *Baili,* hac in re minime aſſentior.

Quid verò *Stephanus*? Is Συνίζησιν in Ῥεῖα agnoſcit: Rectè. Sed quod adducit exemplum Συνίζησεω indubitatò non probat, lectionem tamen confirmat. Iliad. ρ'. 461.

Ῥεῖα μὲν γὰρ φεύγεσκεν ὑπ' ἐκ Τρώων ὀρυμαγδοῦ.

In quem verſum incidi & ego ante viſum à me *Stephanum*: qui quidem multùm apud me valuit ad conjecturam meam confirmandam, mihi tamen plenè non ſatisfecit. Unicum igitur addam exemplum, loco *Coronidis*, quod ejuſmodi eſt, nihil ut dubitationi relinquat loci, *Iliad.* υ. verſ. 101.

Ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, οὔ με μάλα Ῥεῖα
Νικήσει.

Quid verò contrà quod objiciat excogitare poteſt quiſquam? Nam *Primò* verſus non eſt *Hypermeter*, cujus ultima

ultima ſyllabà abſorberi poſſit à prima verſûs ſequentis, cùm à conſonante inchoëtur. *Dein*, ſi quis objiciat -λα ῥεῖα, æqualia habere tempora cùm *Spondeo*; ideóque ſcribi ῥεῖα, non ῥέα, ut ſuppleat defectum unius temporis in -λα· Ego quod reſpondeam habeo, Nullâ metri neceſſitate adductum poëtam ut legeret ῥεῖα, cùm metri ratio ſatis conſtaret, ſi ſic legeretur -λα ῥέα per Συνίζησιν. Habet enim ρ poteſtatem producendi ſyllabam brevem præcedentem ſive in eadem, ſive in diverſis dictionibus. Quod quidem infinitis exemplis probare hîc poſſem, ſi liceret: verùm non licet; licebit fortaſſe aliâs.

Verſ. 7. Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει.

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης] Ego, poſt σκολιὸν interpungo, ut in ſuperioribus, & ſcribo ὀξυτόνως· ſcribo, inquam: nam ſive *Acuto* ſive *Gravi* ſignetur, τόνος ſive τάσις, *Accentus Prophoricus*, ſive vocis tenſio, non differt. Quod hîc obſervatum volo, cùm ſciam verba illa, *Acutus vocem tollit, Gravis deprimit*, non rectè accipi à pleriſque; qui, ſicubi pingatur *Gravis*, illic vocem deprimendam autumant. Non rectè, inquam. Nam ſolebant olim ſingulæ dictionum ſyllabæ ſignari accentibus: ut ἄνθρὼπὸς, à proprio tamen accentu nomen ſortiri; exempli gratiâ, ἄνθρὼπὸς, propter *Acutum* in antepenultima, vocem tollit, & dicitur Nomen Προπαροξύτονον· propter *Gravem* in penultima & ultima ſive *ſignatum* (ut ſuprà) ſive *poteſtate* (ut in ἄνθρωπος· nam in omni ſyllaba ſubintelligitur, ubi nullus eſt *Accentus*, & indè dicitur *Tonus ſyllabicus*; & verba Βαρύτονα, quæ *Gravem* habent poteſtate, ſunt tamen propriè Παροξύτονα, ut τύπτω, γράφω, λέγω) dicitur διβαρύτονον, & bis vocem deprimit. Nunc dierum autem nunquã pingitur niſi in ultima, ut in θεὸς, ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα, ubi θεὸς eſt Ὀξύτονον, reſpectu *Toni vocalis*, ſive *Prophorici*, poſcente licèt *Orthographiâ*, nullo ſequente puncto, aut particulâ encliticâ, *Gravem* pictum.

Sic verſ. 15. ſcribo βροτὸ, (non βροτὸς) ſequente puncto. Quam ſcribendi rationẽ in aliis ſequor non modò poſt *Plenam diſtinctionem*, quod faciunt omnes; ſed etiam poſt *Mediam*, quod plerique omnes; nec ità ſolùm, verùm etiam poſt *Subdiſtinctionem* interdum, quod in quibuſdam exemplaribus animadverti factum, idq; potiſſimùm in *Zeugmate*, aut *Ellipſi*, aut *Aſyndeto*, perſpicuitatis gratiâ, Lectoris præproperum fortaſſis alioquin ad ſequentis tranſitum retardandi animo.

Verſ. 17. προτέρην] γρ. πρότερον.

Verſ. 20. Ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

*Gretſerus* ἀπάλαμν -- *Dactylum* facit, in ſua Grammatica, ubi,

præmiſsâ hâc regulâ *Vocalis brevis fit apud Græcos communis ante literas* μν, κλ, πλ, ſubjungit exempli gratiâ hunc verſum. Verùm (quod tanti viri pace liceat) minùs rectè. Nam concedamus licèt α hic corripi poſſe ante μν cùm ν *Paremptoticum* ſit, & liqueſcat facilè, ut ε in *Anadiploſi* Participii Præt, μεμνημένον, apud *Solon. ιά.* 9.

Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἀρ γάμου εἶναι.

verſus tamen non conſtabit, cùm α *Privativum* corripiatur: (Nam ἀπάλαμνον ducitur à particula Privativa α, & παλάμη quaſi vellet poeta hoc ſignificatum, hominem inertem nihil à manibus carente differre) ut *Iliad.* έ. 597.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπάλαμνος ἰὼν πολέος πεδίοιο.

& apud *Theognid.* 281.

Δειλῷ γάρ τ' ἀπάλαμνα βροτῷ πάρα πόλλ' ἀνελέσθαι.

Et verſ. 481.

Μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφοσ' εἴδεται αἰσχρά.

Et apud *Solon.* etiam, ut reliquos omittam,

Οὔθ' ἔρδειν ἔθ', ὅμως ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.

Nuſquam verò lego primam productam. Non eſt igitur *Dactylus.* Quid autem? *Anapæſtus* proculdubiò pro *Dactylo*: ut in —ειπετη—apud *Eratoſth.* β. 6.

Αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοιο περιπέπηγαι.

Verſ. 30. Ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε.

In hoc verſu duplex eſt Συνίζησις vocalium εω in νεικέων *Gen. Plur. Ion.* prim. Decl Contr. & in ἀγορέων ſecundæ Decl. Simpl.

Hîc autem operæpretium facturus mihi videor, ſi Græcæ linguæ ſtudioſorum gratiâ de *Synizeſi*, quoniam ejus uſus apud poetas eſt frequentiſſimus, pauca præmittam, *Quid ſit, & Quemadmodum fiat.*

Eſt igitur Συνίζησις, εἴτε Συμφώνησις, εἴτε Συνεκφώνησις (ſecundum *Hephæſtionem*) εἴτε Συναίρεσις (ſecundum *Herodianum*) ὁπόταν δύο συλλαβαὶ, σύμφωνον μὴ ἔχουσαι μεταξὺ ἀλλήλων ἀντὶ μιᾶς παραληφθῶσιν. Apud *Euſtathium* de hac metri Paſſione vide plura, *Iliad.* ά. pag. 9. lin. 27, &c.

Fit autem quatuor modis.

*Vel ex duabus ſyllabis longis:*

Sive in utraque ſyllaba fuerit vocalis longa, ut ηω in βασιλήων, infrà verſ. 259.

Sive diphthongus in utraque, ut ειοι in χρύσειοι apud *Apollon.* Argon. ϛ. 678. (niſi rectiùs fortè legendum χρύσεοι) & ειη in χαλκείησιν, ibid. 1253. )niſi fortè legendum χαλκέησιν). Et in diverſis dictionibus, ut ειου in ἐπεὶ οὔτε, Odyſſ. ύ. 227.

Sive

Sive in priore vocalis, in poſteriore diphthongus, ut και in καλῇ (ſi ſequatur ῥ, ut legunt quidam) *Oper.* β'. 265. Et in diverſis dictionibus, ut ἢ ἐ apud *Theocritum*,

Ἦ ἐ μέμνασ' ὅτ' ἠγὼν] *Idyll.* έ. 116. Qui verſus dicitur Μακρόκεφαλ. Et apud *Homer.* Iliad. ί. 533.

Ἢ λάθετ', ἢ ἐκ ἐνόησεν] Qui verſus dicitur Πελυκοίλι.

Sive in priore diphthongus, in poſteriore vocalis, ut ειω in πυρειῶν apud *Tryphiodor.* in Ilii Excid. verſ. 379. (niſi fortè illic *Enallage* pedis, *Anapæſt.* pro *Dactylo*) Et in τείως apud *Apollon.* Argon. γ'. 1324.

*Vel ex duabus vocalibus brevibus:* Ut εα in νείκεα, infrà verſ. 33. τέιχεα, 149. εο in Χρύσεον, 109. in Ὄρσεο apud *Homer.* Iliad. έ. 109. (Ubi notandum, duas breves haberi pro una, ſequente etiam conſonante: niſi fortè legendum Ὄρσο per *Syncopen*, ut *Iliad.* ά. 88. & *Odyſſ.* ή. 342.) αο in φάος, apud *Muſæum*, 224. ιο in Αἰθιόπιον, apud *Dionyſ.* De ſit. Orbis, verſ. 38. Ubi tamen γρ. Αἰθιόπων.

*Vel ex ſyllaba longa* (ſive vocali, ſive diphthongo) *& brevi:* Ut ηε in βασιλῆες, *Oper.* ά. 261. Nam ſequens ἰθύνετε priorem ſyllabam producit ſuprà verſ. 7. Et in ηε in ἐπήεταυὸν, *Oper.* β'. 225. Et εια in Ῥεῖα ſuprà verſ. 5. & in Ἐλαει infrà *Oper.* β'. 80.

*Vel ex ſyllaba brevi & longa.* (ſive vocali, ſive diphthongo.) Ut εω in Κρονίδεω, *Gen.* Sing. 1. Pariſyllab. infrà ver. 71. in Δενδρέῳ (ubi pro una ſyllaba brevi habentur propter ſequentem vocalem) *Dat.* 3. Pariſyllab. *Oper.* β', 201. ut apud *Homer.* etiam in Χρυσέῳ, *Iliad.* α. 15, & 374. Et εη in χρυσέην, infrà in *Scut.* 199. & εη in ἀργαλέη, *Oper.* β'. 258. Et εοι in Θεοὶ apud *Theogn.* 142. & in χάλκεοι infrà verſ. 149. in *Nom. Plur.* 3. Pariſyllab. & in *Dat.* in Θεοῖς, apud *Theogn.* verſ. 171. & in χρυσέοισι, infrà *Theogon.* verſ. 12. Et εω in νοέων, *Nom. Particip.* infrà verſ. 284. & in Βελλέρεων *Accuſ.* *Sing.* 4. Pariſyllab. *Theogon.* 817. & in θεῶν *Gen.* *Plur.* 3. Pariſyllab. infrà *Theogon.* verſ. 44. & in ἀγγέων *Gen. Plur.* 1. *Contr.* infrà *Oper.* β'. 99. & in Βαλυσέων *Gen.* *Plur.* *Partic.* 2. *Declin.* Pariſyll. ut redeam tandem, unde digreſſus ſum.

His præcognitis, non difficile erit vel tyronibus in linguæ Græcæ ſtudio, ſicubi in verſu Συνίζησις acciderit, ſuis pedibus ritè metiri.

Lubens nunc tranſirem ad ea quæ deinceps ſequuntur, niſi quòd mihi leviter perſtringendi videantur hoc loco, qui, dum, quod rectò conſilio à poëtis factitatum eſt, qui factum ſit non intelligunt, improbè poëtas accuſant, ut qui nimiâ licentiâ uſi

ſint, & nobis neutiquam imitandâ. Quod quidem dum faciunt, ſatis ignorantiam ſuâ produnt. Mitto reliqua exempla ſuperius adducta, nec adducam nova, quæ tamen infinita adduci poſſent, quæ pleraque omnia, nullâ metri neceſſitate coactos poëtas ad uſum Συνιζήσεως apertè per ſe demonſtrant, cùm *Craſi Atticâ* uti liceret. Hanc tamen averſantur, illam verò *Dialecti Ionicæ* & formæ incontractæ *Nom. Pronom. Verb. Particip.* &c. ſuavitate delectati, ubique ferè amplexantur. Quis enim non videt, quod ad metri rationem attinet, nihil intereſſe, ſeu formâ incontractâ, ſive contractâ uſus eſſet *Heſiodus* noſter? Placuit huic tamen magis incontracta & *Ionica* -- νεικέων τ' ἀγορέων τε, quàm contracta & *Attica*-νεικῶν τ' ἀγορῶν τε. Hæc hactenus: alia aliás.

Verſ. 35. Τῦ κεκορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις.

Hic verſus dicitur Προκοίλιος, à ventris quaſi tumore: ſed ſanatur per Συνίζησιν vocalium εα in νείκεα quæ poëtæ magis placuit quàm *Craſis Attica*, νείκη. Æquè utrumq; fert metri ratio.

Verſ. 39. Δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσαι.

*Stephanus* legit δικάσαι· ſed Accentûs ratio non patitur. Metri ratio *Spondeum* poſtulat: ſi in *Spondeum* deſinat, ſcribendum erat δικᾶσαι, Περισπωμένως. Sed nec illa mihi ſcriptura placet. Quamobrem *Diplaſiaſmo* lubentiùs utor τοῦ σ, ut apud *Phocylidem*, verſ. 9. ubi etiam *Stephano*, de ſcribendi ratione per σσ, mecum convenit, unde conſtat penultimam, brevem *Naturâ*, produci *Poſitione* per *Anadiplaſiaſmum*.

Ἣν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.

Verſ. 44. Ὥ 'τί σε κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ ἀεργὸν ἐόντα.

*Stephanus* ſcribit Ὥστί σε κ' εἰς] Rectè, ſi κ' pro κὲ *Enclitico* per *Apoſtrophum* relinquatur: Ego verò (ſuadente interprete) pro καὶ poſitum exiſtimo, quod non eſt *Encliticum*; ideóque cum *Ecthlipſi* diphthongi αι amittit prorſus accentum ſuum, non inclinat.

Verſ. 48. Ὅττι μιν] μὶν inclinat, ut τὲ ſuprà 37, ἄλλά τε. Nam ὅττι & ἄλλα ſunt *Trochaïca*. In ſuperiori loco *Stephano* mecum convenit: hìc verò apud *Stephanum* μὶν prorſus amittit.

Verſ. 51 Διὸς πάρα μητιόεντος] *Stephanus* in παρὰ non transfert accentum. Ego cur à *Stephano* viro doctiſſimo, ſuper tono hujus Præpoſitionis (ut & reliquarum omnium bitemporearum, præter διὰ, & ἀνὰ, quoties locum inter Subſtantivum & Adjectivum ſortiuntur) diſſentiam; nec à *Stephano* ſolum diſſentiam, ſed à communi uſu & à quorundam Grammaticorum præceptis recedam, reddendâ hoc in loco rationem cenſeo. *Franklinus* noſtras in Ὀρθοτονίας lib. 2. pag. 126. hanc regulam tradit, *Cum* [Præpoſitio] *præponitur Adjectivo, quod co-*

*hæret*

hæret cum Subſtantivo, cui ſic poſtponitur, tum nec tonum ſemper retrahit; ut Iliad. ό. 531.

Ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.

Scotus in Editione ſua Lugdunenſi, Ann. 1613. pag. 728. hanc contrà tradit regulam, Si inter duo Nomina, alterum Proprium, alterum Appellativum vel Adjectivum, ſit Præpoſitio, hanc inverti neceſſe eſt, ut ante totam conſtruatur orationem--ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, fluvio à Selleente.--Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, Xantho in vorticoſo. Hanc regulam, ut & alias ibidem omnes, è Theodoro Gaza verbatim tranſtulit. Regulis de Præpoſitionum Anaſtrophe ſubjungit Generales quaſdam de Præpoſitionibus regulas (Sylburgii ni fallor) pag. 730. Inter reliqua exempla illic adducta hæc habet, μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ, [Iliad. ζ'. 124] χερσὶν ὑπὸ σφετέρῃσι· πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο [Iliad. β'. 253.] νηῶν ἀπὸ καὶ κλισιάων [Iliad. β'. 91.] Quæ omnia exempla, ἐνὶ, ὑπὸ, ἐπὶ, ἀπὸ, pugnant cum ſuperioribus ab ipſo adductis, ἄπο, ἔπι. Non animadvertit enim, uti videtur, dum diverſa è diverſis Grammaticis corradit, eaq; ſæpe, ſi inter ſe conferantur, ſibi invicem contraria, malè mereri ſe de imperita juventute, qui in tanta varietate, quid ſtatuant, non inveniunt. Sed quid ego rivulos ſequor? Ad fontem redeo, unde regulas de Præpoſitionum Anaſtrophe hauſit Scotus, Thedorum Gazam intelligo. Is lib. 4. De Conſtruct. (pag. 56. ſecundum Editionem Pariſ. Anno 1529.) docet Præpoſitiones διχρόνους καὶ διουλλάβους (ſuis caſibus immediatè poſtpoſitas) præter ἀνὰ, & διὰ, ὀρθοτονεῖσθαι ἐπὶ τῆς παραληγούσης ὀρθεία [ισ. legend. ὀξεία] τάσει, τὰς δὲ τειχρόνους οὔ· ut χαμαὶ, παραὶ, ὑπαίρ· & paulò poſt hæc habet, quæ Scotus tranſtulit, Εἰ μεταξὺ δυοῖν ὀνομάτων ἡ πρόθεσις [ἐστὶν,] τοῦ μὲν κυρίου, τοῦ δὲ προσηγορικοῦ ἢ ἐπιθέτου, ἀναστρέφειν δεῖ, ἵνα τοῦ ὅλου προηγήσηται λόγου ὅλον, --ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος (contra quod à Franklino præceptum eſt, & communem uſum) &, Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι. Hujus judicio ſubſcribit Caninius: aut certè in contrarium expreſsè ſcribit nihil Accedit his Ceporinus. His egon' ut tantis viris adverſarer? Iniquum eſſet. Habes expoſitum, Lector candide, quos ſequendos duxerim autores transferēdi accentûs à ſede ultima in penultimam in hoc exemplo--Διὸς παρὰ μνηστῆρος, ut & in aliis Præpoſitionibus Dichronis immediatè ſuis caſibus poſtpoſitis, aut inter Subſtantivum & Adjectivum poſitis. Pergo nunc ad ea quæ deinceps ſequuntur.

Verſ. 65. Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην Ἀφροδίτην.

Mallem χρυσέην Ionic. incontract. ſanato verſu per Συνίζησιν, ut in Scut. verſ. 199.

Ἔγχος

Ἔγχος ἔχεν ἐν χερσί, χρυσείην τε τρυφάλειαν.

Et *Theogon.* 578.

Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε.

Et apud *Coluth Theban* in Helen. rapt. verſ. 382.

Πυκνὰ δ' ἔπλεκε κόμην, χρυσέην δ' ἔρρηξε καλύπτρην.

Et apud *Apollon.* Argon. δ'. 729.

Οἷόν τε χρυσέην ἀντώπιον ἵεσαν αἴγλην.

Et apud *Homer.* Iliad. δ'. 111.

Πᾶν δ' εὖ λειήνας, χρυσέην ἐπέθηκε κορώνην.

Verſ. 71. *Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς.* Idem hic verſus habetur in *Theogon.* num. 572. Eſt autem verſus Προκοίλιος ſed ſanatur per Συνίζησιν vocalium εω in Κρονίδεω, *Gen. Ion.* 1. Decl. Pariſyllab. Hujus generis exempla ſunt penè infinita: ut Ἀΐδεω, *Theogon.* 311, & 768. Et apud *Theocrit.* Idyll. κε'. Αὐγείεω, verſ. 160. Et apud *Homer.* (mitto enim reliquos poëtas) in πηληϊάδεω, Iliad. ά. 1.

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Et in *Hymn. Lun.* in Κρονίδεω, verſ. 2.

Ἡδυεπεῖς κοῦραι Κρονίδεω Διός, ἵστορες ᾠδῆς.

Verſ. 80. *Θῆκε θεῶν κῆρυξ*] *Stephanus* facit προπερισπώμενον, κῆρυξ, contra autoritatem *Gazæ*, lib. 3. de quant. ſyllab. pag. 11. Ubi hæc habet, Τὰ εἰς ξ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν, δίχρονον πρὸ τοῦ ξ ἔχοντα, ἀρσενικὰ μὲν ὄντα, μακρὸν αὐτὸ ἔχει· [οἷον] θώραξ, φοίνιξ, κήρυξ, ἧλιξ· θηλυκὰ δὲ, βραχύ· [οἷον] αὖλαξ, κύλιξ, ἄντυξ, πέρδιξ. In Κήϋξ *Stephano* mecum convenit, in *Scut.* 472. imò & in κήρυξ etiam, *Iliad.* δ'. 198. Quidni etiam in hoc loco? Nam eadem utrobique eſt ratio.

Ibid, — ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα. *Stephanus ſcribit* ὀνόμῃνε, per ῃ diphthongum pro monophthongo: quam tamen ſcribendi rationem non ubique obſervat. Nam *Iliad.* δ'. verſ. 111. ſcribit λειήνας, non λειῄνας & *Iliad.* β'. 318, & 324. ἔφηνε non ἔφῃνεν' & contrà *Odyſſ.* ό. 168. ἔφῃνε, non ἔφηνεν. At in Edit. *Froben.* Baſil. Anno 1559. ſcribitur ἔφηνεν, ut & in aliis locis. Apud *Stephanum* legimus μήνη, non ſubſcripto ι in medio η, *Iliad.* ε'. 141. & ibid. apud *Frobenium* μῄνῃ, ſubſcripto utrobique ι & in medio & fine. Sic pugnant *Stephanus* & *Frobenius* (vel horum potiùs *Editiones*) aliàs inter ſe, aliàs uterq; ſecum. Quid pueris fiet, qui pleriq; omnes ſua exemplaria, vitioſa, necne parum intereſt, ſed ſequuntur tamen potiùs quàm rectæ rationis ductum? Horum ego gratiâ, controverſiam hanc de orthographia *Λογ.* κ'. *Act.* 5. *Baryt.* à *Præſent.* habente αι in penultima ad Grammaticorum & rectæ rationis κριτήριον examinandam lubens ſuſcipio.

Ὀρθ

Ὀνόμηνε] *Aor.* 1. Formantur ſecundum Grammaticos à *Fut.* 1. ὀνομανῶ, quod à *Præſ.* ὀνομαίνω, *Conjug.* 5. *Baryt.* In qua *Conjug. Fut.* penult. corripere debet, ubi ſi fuerit α, aut mutatur in η, aut in α longum; ut ἐμῆνα *Atticè* & ἐμᾶνα communiter, à μιαίνω, νῶ, non ἐμῆνα aut ἐμᾶνα per diphthongum in penultima: Nam ex α monophthongo non poteſt fieri diphthongus; ut patet in Augmentis. At ει in penult. *Præſ.* ſtat etiam in *Aor.* penultima. *Primò*, Non ſtat: Fit enim à penult. *Fut.* per *Parenthesin* τοῦ ι, ut producatur penultima. *Dein*, Fac ſtare: Quid ergo? Ergo ab αι *Præſ.* formatur α aut η in penult. Aoriſti? Non α aut η, ſed αι ſiqua hujus vis argumentationis. At non αι. Ergo non à *Præſenti*, ſed *Futuro* formatur per *Ectaſin* vocalis mutabilis; ut, quæ per ει, per *Parentheſin*: nam *Parentheſin* ab *Epentheſi* ſic diſtinguo, ut *Parentheſis* temporum ſolùm numerum augeat; *Epentheſis* verò, ſyllabarum. Rectè igitur repoſitum, ὀνόμηνε.

Hanc ſcribendi rationem per η monophthongum in cæteris ejuſdem naturæ (quod hic præmonitum lectorem volo) conſtanter obſervo; quam pro vera & genuina agnoſcunt ſequentes Grammatici: *Gaza*, lib. 2. pag. 26. lin. 3. *Laſcaris*, lib. 1. pag. 63. lin. 26. *Urbanus*, lib. 1. fol. 49. verſâ paginâ, lin. 16. *Etymolog. magni* quiſquis fuerit autor, col. 38. lin. 22. *Clenardus*, pag. 104. lin. 24. *Caninius*, pag. 159. lin. 28. *Ceporinus* pag. 26. lin. penult. *Cruſius*, pag. 55. lin. 23. & de Orthogr. pag. 134. lin. 10. *Sylburgius*, pag. 111. lin. 20. *Ramus*, pag. 118. lin. 11. *Golius*, pag. 129. lin. 15. *Gretſer.* pag. 119. lin. 16. *Grammat. Geneven ſ.* pag. 70. lin. 5. *Camdenus in Aor.* 1. Qui omnes docent α *Fut.* 1. quintæ, mutari in η in *Aor.* 1. aut in α longum. *Autorum & Editionum Syllabum require in calce obſervationum.*

Verſ. 89. Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε. Sanatur hîc ſyllaba brevis, in *Penthemimeri*, à ς finali & puncto Spiritu etiam ſequente aſpero.

Verſ. 109. Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων. Hic verſus eſt Μακρόκεφαλος, & capite quaſi tumens; ſed ſanatur per Συνίζησιν vocalium εο in Χρύσεον, ut in χάλκεον, *Theogon.* verſ. 764. qui verſus eſt Προκοίλιος.

Τῷ δ' σιδηρέη μὲν κραδίη, χάλκεον δὲ οἱ ἦτορ· Ubi notanda eſt & altera Συνίζησις vocalium εη in σιδηρέη. Apud *Homer.* Odyſſ. τ'. verſ. 35. reperitur & Χρύσεον eodem modo & loco poſitum,

Χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει.

Verſ. 112. Ὥστε θεοὶ δ' ἔζων] καὶ Ὥστε θεοὶ ζώεσκον.

Verſ.

Verſ. 123. Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας] Si ſic legend. cum *Stephano*, ſanatur ſyllaba brevis in *Penthemim.* vi Acuti accentûs, & literæ initialis *Anadiplaſiaſmi* capacis. Fortè tamen legend. rectiùs φυλάσσουσιν, addito ν, ut Τίκτουσιν δ'] infrà verſ. 235. & Τοῖσιν δ'] 240. Imò proculdubio ſic legendum: nam infrà verſ. 252. legitur addito ν, ubi verba eadem repetuntur.

Verſ. 128. Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα.

Χρυσέῳ aut *Dactylus* eſt, amittente ω tempus propter ſequentem vocalem more apud Græcos uſitatiſſimo, quem etiam poëtarum Latinor. princes imitatus eſt in *Ilio*, *Pelio*:

*Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſan.* Georg. 1. 281. ubi etiam in *conati* negligitur *Synalœpha*, nullo amiſſo tempore, & *Æneid.* 5. 261.

*Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto.*

Aut per Συνίζησιν duæ ultimæ ſyllabæ in Χρυσέῳ in unam quaſi coaleſcunt: ut apud *Apollon.* Argon. β'. 1275. qui verſus eſt Περκοίλιος,

Αὐτὸς δ' Αἰσονίδης χρυσέῳ ποταμόν δε κύπελλῳ.

& in *aureo* apud *Virgil.* Æneid. 10. 116.

*Hic finis fandi, ſolio tum Jupiter aureo*
*Surgit.*

Verſ. 129. Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ.

Verſus eſt λαγαρός· α enim in ἔτεα unius tantùm eſt temporis, ſed pro longa habetur ſyllaba per *Ectaſin*, in *Hephthemimeri*, ſequente π *Anadiplaſiaſmi* capace: ut in *Penthemimeri*, ſequente δ (interveniente etiam puncto) *Theogon.* 803.

Ἐννέα πάντ' ἔτεα· δεκάτῳ] Et in *Triemimeri* apud *Homer.* ſequente τ, (vi etiam Acuti accentûs accedente) *Iliad.* υ. 255. Πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί.

Verſ. 130. —ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. Non ἐνὶ, teſte *Gaza*, ut dictum eſt, *Obſervat.* in verſ. ſuprà 51. Sic verſ. 135. —ἱεροῖς ἔπι βωμοῖς, non ἐπὶ, cùm *Præpoſitio* ſit δίχρονος καὶ διπύλλαβος, & immediatè collocetur inter *Adjectivum* & *Subſtantivum*. At, πατρώϊον ζώασκον ἐπὶ χθόνα] verſ. 132. non ἔπι Παροξυτόνως, propter interjectum ζώασκον.

Verſ. 140. —ὑποχθόνιοι. γρ. ἐπιχθόνιοι.

Verſ. 149. Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι.
Hîc duplex obſervanda Συνίζησις, altera vocalium εα in τεύχεα· vocalis & diphthongi altera, nempe εοι in χάλκεοι. Noluit *Heſiodus* hîc formâ contractâ uti τεύχη, & χαλκοῖ, ſic licèt verſus nihil pateretur. Sequente verò verſu legimus Χαλκῷ. Rectè, ſed à *Subſtantivo* χαλκὸς, non ab *Adjectivo* χάλκεος, ὡς.

Prioris

Prioris Συνιζήσεως exemplum habes ſuprà in νείκεα, verſ. 33. Poſterioris autem, in θεοὶ, apud *Theocritum* Idyll. ιζ'. verſ. 25.
Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες. quamvis non ſim neſcius, eſſe qui αι in καλεῦνται corripiunt: quibus equidem non aſſentior. Nam frequens eſt Συνίζησις in θεοὶ apud poëtas: ut apud *Theognid.* verſ. 142, & 660. qui verſus ſunt Μακροκέφαλοι.

Θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον. &
Θεοὶ καὶ γὰρ νεμεσῶσ' οἷσιν ἔπεστι τέλος.

Et apud *Homer.* Iliad. ά. verſ. 18. qui verſus eſt Περκοίλιος,
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.

Verſ. 192. --ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται. Per *Tmeſin* pro ἐπίορκον, non ἐπομεῖται ut videre eſt verſ. 280. --ἐπίορκον ὀμόσσας.
197, --ἴπυ. γρ. ἴτην.
214. --ἑτέρηφι. γρ. ἑτέρηφι, *Adverb.*
228. --ἰθυδίκαισι. Mallem ἰθυδίκῃσι ſecundum Dialect. *Ionicam*, ut apud *Homer.* ναύτῃσιν, ὑβρισ῀ῃσιν, ἀλφηστῇσιν, ὠμηστῇσιν ab ης Nominativi.
229. --θαλίῃς. *Dat. Plur.* γρ. θαλίης, *Gen; Sing.*
238. --ἐπαυρεῖ. γρ. ἀπηύρα.
259. Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες. In βασιλήων *Gen. Ion.* eſt Συνίζησις vocalium ηω. *Stephanus* faciliorem & uſitatiorem agnoſcit Συνίζησιν in communi terminatione εων. In reliquis Declinationibus fateor: in tertia Contractorum exemplum deſidero. In *Gen. Sing. Attic.* occurrit exemplum apud *Aratum* in Phænom. verſ. 249.

Περσέως, οἵ ῥά οἱ αἰὲν ἐπωμάδιοι φορέονται.

Et apud *Theognid.* verſ. 23.

Τοῦ Μεγαρέως, πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπους ὀνομαστοῦ.

Ego retinendum cenſeo βασιλήων· Nam apud *Homer.* Iliad. β'. 811. in 2. Contr. Συνίζησις eſt terminationis *Poëticæ* in *Gen. Sing.* πόληος;

Ἔστι δέ τις προπάροιθε πόληος αἰπεῖα κολώνη·

Niſi fortè quis malit hìc *Anapæſtum* pro *Dactylo*, aut aliter legendum putet, ut πόλεος formâ *incontracta Ionicâ*, aut πόλιος *contractâ*, aut πόλεως *Atticâ*.
261. Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες, ἰθύνετε μύθους.
In βασιλῆες *Nom. Plur. Ion.* eſt Συνίζησις vocalium ηε· Nam ἰθύνω primam producit verſ. 7.

Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει--multíſque aliis in locis.

284. Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω μέγα νήπιε Πέρση.
In νοέων *Particip.* Συνίζησις eſt vocalium εω ut in φωνέων apud *Theocrit.* Idyll. ιε'. 44.

Εἰ

Εἰ μὴ δ' εινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊ☉ αἰόλα φωνέων.

Et in ὑμέναιον Idyll. κϛʹ. 26.

Ἀμφοτέρως ὑμνέων, Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείσω.

Et in Θαρσίων, Epigramm. κά. 4.

Θαρσέον καθίζευ, κἂν θέλῃς, ἀπόδειξον· Qui verſus eſt Trimeter Scazon.

289. —ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι. Ubi ad ſummum ventum fuerit, id eſt, veneris. Stephanus legit ἵκηται.

290. Ῥηϊδίη δήπειτα] Sic legendum puto per Craſin. δήπειτα, ſecundum Caninium in H. pag. 23. ut fiat à δ' ἔπειτα, aut δὴ ἔπειτα, quod malo: nam præcedit δ' verſu proximo, & exponit Moſchopulus in Scholiis per δὴ ἔπειτα· & Euſtathius etiam in Iliad. ό. 163. Stephanus ſcribit δ' ἔπειτα, per Thlipſin τῆ ε quaſi à δ', & Ectaſin, τῆ ε in ἔπειτα, mutato ε in η· Non recte. Poteſt tamen ſic ſcribi, δὴ 'πειτα, à δὴ ἔπειτα, ut ἀρετή 'στιν (apud Theognid. v. 147.) per Aphæreſin minoris vocalis, unius temporis, ob præcedentem majorem, duorum temporum. Poteſt autem ſcribi ἀσυναλείπτως, per δ', ſive δὴ, ſtante etiam vel ſic metro: ſed tum concurrerent quinque Dactyli: quorum fortaſſe concurſus non nullum habeat uſum ad progreſſum faciliorem & expeditiorem in via Virtutis ſignificandum. Vid. plur. de orthographia, Obſervat. in Theogon. verſ. 405.

293. Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖν☉] Stephanus ſcribit κᾀκεῖν☉ per ᾳ diphthongum, ut & κᾀκεῖ, κᾀν pro καὶ ἂν, κᾀν pro καὶ ἐν, κᾀκ, &c. Minus recte. Non enim hic contractio fit ex αι & ε, ſed ex α & ε, facta prius Thlipſi τῆ ι in καὶ· ut καὶ ἐγὼ, per Thlipſin κα ἐγὼ, per Craſin vocalium α ε in α longum κἀγὼ· ι vero nullo modo ſubſcribi poteſt, niſi ſupponamus, præter Craſin, Synæreſin etiam. Nulla autem eſt Synæreſis: ι enim in prædictis non ſubjungitur Craſi factæ (ſubjungi autem oportuit, ut fiat Synæreſis: Nam quod ſubſcribitur poſterius eſt eo cui ſubſcribitur, ut apparet in omni Diæreſi, quæ Synæreſi opponitur, ubi ι ſubſcribitur, Νηρῇδες, Νηρηΐδες) ſed medium locum occupat inter α & ε ante factam Craſin: Non poteſt igitur ſubſcribi ι in hujuſmodi contractis.

Eſt vero ubi in contractis à καὶ ſubſcribitur ι, non tamen ut Subjunctiva vocalis diphthongi αι in καὶ, ſed diphthongi ſequentis: unde in contractis hujuſmodi exiſtit triplex Paſſio, Thlipſis, Craſis, & Synæreſis: ut καὶ εἶτα per Thlipſin τῆ ι, κα εἶτα, per Craſin vocalium α ε, κᾶτα, & per Synæreſin α vocalis longæ ex contractione factæ, cum Subjunctiva vocali ι, κᾆτα·

ται· ſic κἤπι *Dor.* pro καὶ εἶπι. κῷν@ pro καὶ ὄιν@ (at κῷν@ non ſubſcripto ι pro καὶ ὄν@) ᾠπόλοι pro οἱ αἰπόλοι (at ᾠπόλ@ pro ὁ αἰπόλ@, per *Craſin* & *Synæreſin* tantùm, ubi *Thlipſi* nihil eſt loci) χῷ pro καὶ οἱ, at χώ, non ſubſcripto ι, pro καὶ ὁ.

Scribendum igitur χᾀκεῖν@ per *Thlipſin* & *Craſin*: *Synæreſi* enim nihil hîc eſt loci; cùm poſt *Craſin* nullum ſit ι.

298. ---δ' εὐσέφαν@· γρ. δή σ' εὐσέφαν@.

299. ---πιμπλέησι] Notanda Συνίζησις ſyllabarum εη.

310. Ἐι δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ' ἀργός.

Sic *Stephanus*: *Bailius* verò & *Langius* ſic legunt,

Ἐι δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός.

Et hanc quidem lectionem videtur ſecutus interpres: quæ etiam defendi poteſt exemplis ejuſmodi. Hîc tamen conſultò prætereo, de iis dicturus aliás.

322. αἰδῶ] *Accuſ.* 4, *Contr.* ut ἠῶ, à *Nominat.* in ως, ſecutus *Laſcarin*, *Urbanum*, *Anteſignanum*, & alios Grammaticos, ut & exemplar *Stephani* aliis in locis, *Iliad.* β'. 262. ό. 561. χ'. 75. ώ. 111. &c, ſcribo ἀπελαπωμένως. Cujus ſcripturæ rationem reddit *Urbanus*, fol. 99. lin. 24. verſâ paginâ, hiſce verbis, *Quoniam non eundem ſonum ſive literaturam habet cum Nominativo*, ut ἡ αἰδῶς, τὴν αἰδῶ, non αἰδώ. At ἡ Λητώ, τὴν Λητώ, Ὀξυτόνως, quoniam *Nominativus* & *Accuſativus* ſono ſive literaturâ non differunt. *Laſcaris* etiam pag. 234. lin. 7. hanc regulam tradit, Αἱ αἰτιατικαὶ τῶν εἰς ως ὀξύνονται ὁμοίως τῇ ὀνομαστικῇ· μόναι δὲ τῶν εἰς ω περισπῶνται· δῖον, αἰδῶ, ἠῶ.

328. ἀλιτραίνεται. γρ. ἀλιταίνεται.

330. Νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμεν@ ἐπέεσσι. Syllaba brevis in *Ennœmimeri* ſanatur vi finalis ς: ut apud *Virgil. Georg.* 2. 5.

*Muneribus, tibi pampineo gravidus Autumno.*

*Ecl.* 6. 53.

*Ille latus niveum molli fultus hyacintho.*

*Æneid.* 10. 720.

*Graius homo, infectos linquens profugus hymenæos.*

Quamvis in duobus poſtremis exemplis ad ς finalem accedit etiam vis Spiritûs aſperi *Ectatica*. Apud Græcos poëtas infinita ſunt hujuſmodi exempla: apud Latinos verò rariora.

VERS. 336. Ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι. Sic legit *Stephanus*. Et ſic verſus eſt Περιττοσύλλαβ@, qui ſanatur per Συνίζησιν vocalium εε in θυέεσσι. Sed legendum fortè rectius θύεσσι per *Syncopen*, pro θυέεσσι; ut μέλεσσι pro μελέεσσι. *Scut. Herc.* 51. & σήθεσσι pro σηθέεσσι, 129. & τέκεσσι pro τεκέεσσι, 247.

342. Ἐι

342. Ἐι γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώειον ἄλλο γένηται.
Quidam autem ſic legunt,

Ἐι γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγχώειον ἄλλο γένηται.

χρῆμα] ἀσυναλείπτως· ſed nec *Stephano*, nec *Gretſero* placet hæc lectio, ut nec mihi. Erratum eſt Typographicum proculdubio. Vocalem brevem, & ancipitem ante χυ ſæpe correptam lego, ut in τεύχυα, apud *Theocrit.* Idyll. ι'. verſ. 37. λύχνον, *Idyll.* ιδ'. verſ. 23. τέχυλω, Epigramm. *Theocrit.* ζ'. verſ. 6. At verò ante γχ (ubi γ poteſtatem habet τῦ ν) nec lego uſpiam, nec legi poſſe exiſtimo; cùm *Orthographiæ* repugnet, ſi dictio dividenda ſit: non enim ſcribendum ἐ-γχώ-ειον ſed ἐγ-χώειον.

355. --δώη] *Subjunct.* à δώω verbo *poëtico*. *Stephanus* ſcribit δώη, *Optat.* more *Attico* pro δοίη.

358. Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τό, τ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.
Accentûs ratio, reſpectu quantitatis, poſtulat ut ſcribatur φῖλον Περιπεισπωμένως. Sed memini me legiſſe apud *Euſtathium*, *Accentum acutum* (de quo dicetur inferiùs) ſyllabam etiam naturâ brevem ſanare poſſe. Quamobrem *Accentum* non mutandum cenſui, præſertim cùm ι vocalis ſit anceps, ut nec in ἀἶκος infrà in *Scut. Herc.* pag. 69. verſ. 461. quanquam verſ. præced. & verſ. 455. penult. corripit. Notandum hîc obiter ι breve ſæpe produci ante ſolam Liquidam: e.g. ante λ (ut mittam reliquas liquidas, de quibus aliàs) ut in φιλήτησι infrà, verſ. 373. in φίλ'. apud *Nicand.* in *Theriac.* verſ. 3. Φίλ' Ἑρμησιάναξ-- Niſi quis dixerit verſ. hunc eſſe Ἀκέφαλον. & apud *Hom.* Iliad. δ'. 155. Φίλε κασίγνητε.
In ἀμφι--ut in *Theogon.* pag. 83. verſ. 229.

Νείκεά τε, ψεύδεά τε λόγους, ἀμφιλογίας τε.

In περ- apud *Theocrit.* Idyll. κέ. pag. 279. verſ. 226.

Στήθεά τε· γλώσσῃ δὲ περιλιχμᾶτο γένειον.

370. Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Et hîc etiam α penult. in ἄρα producitur ob ſequentem Liquidam ρ (nec tamen ſcribitur περιπεισπωμένως, ut in proxima Obſervatione dictum eſt de φίλον· & nè confunderetur etiam cum *Interrogat.* ἆρα) ſic τὰ producitur ante ρ apud *Theocrit.* Epigramm. α'. pag. 297. verſ. 1.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἡ κατάπυκνος ἐκείνη.

Niſi quis dixerit potiùs Ἀκέφαλον eſſe hunc verſum. Sic παρ--in παρειῶν apud *Tryphiod.* verſ. 379. in παιδὸς pag. 583. in Φ. 6'. verſ. 30.

Φίλον δ' ὀργῇ ἐν κακοῖς μὴ παιδὸς.

Verſus

Verſus eſt *Trimeter Acatalecticus.*

Quod verò ad accentum attinet, diſſimulare non debeo Ἆρες apud *Homer.* Iliad. ε. verſ. 31. μακροπαράληκτον, ſcribi ſecundum *Stephanum* & *Frobenium* προπερισπωμένως.

Ἆρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα·

Hujus tamen διαφορήσεως *Euſtathius* rationem reddit his verbis, Ἐκτείνει ἐν τῇ πρώτῃ κλήσει τὸ δίχρονον, συστέλλει δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ. Καὶ ὅρα ὅπως ὁμοῦ παρέθετο τὸ αὐτὸ ὄνομα ἐν ἐκτάσει τε διχρόνου καὶ ἐν συστολῇ, ὡς ἂν ἐνδείξηται σαφέστατα τὴν διαφορὰν τῶν δισήμων διχρόνων, ἥτις πολλαχοῦ φαίνεται. Καὶ μὴ ἐνταῦθα δόξοι ἂν λόγος κανονικὸς ὑπεῖναι τῇ διαφορήσει· ἵνα τὸ μὲν δεύτερον Ἄρης συστέλλῃ τὸ δίχρονον, ὡς τοῦ Ἄρες βραχυνομένου ἐκ τοῦ στερητικοῦ α καὶ ἐκ τοῦ ῥῶ τὸ λέγω συγκειμένου κατά τινας· τὸ δὲ πρῶτον Ἆρες ἐκτείνει τὴν ἀρχοῦσαν, ὡς ἐκ τῆς ἀρᾶς καὶ τοῦ ἀρᾶσθαι.

Summa huc redit. Penultimam prioris Ἆρες producit *Homer.* quaſi deduceretur ab ἀρᾶ & ἀρᾶσθαι, quæ primam naturâ longam habet: Hinc περισπᾶται. Penultimam poſterioris corripit, quaſi componeretur ex α Privativa particula & ῥῶ ſignificante *dico*, α autem Privat. corripitur. Hinc παροξύνεται. Mitto alias rationes.

# In Hesiodi *Operum & Dierum* Librum II.

Stephanus *Operum* unicum librum conſtituit, & *Dierum* alterum. Ego *Philipp. Melanchthonem, Criſpinum,* & *Heniſchium* ſecutus ſic diſtinxi, ut duo ſint *Operum* & *Dierum*, & *Dierum* unius.

Vers. 16. —διετεκμήραντο per η Monophthongum. *Stephanus* ſcribit per ῃ Diphthongum. *Vide* Obſervat. in ὀνόμηνε verſ. 80

40. Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.

Hîc με in μεμνημένος ante duas liquidas producitur Poſitione: infra verò apud *Solon.* corripitur, pag. 431. *id.* verſ. 9.

Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἂρ γάμου ἰδεῖν.

*Gretſerus De ſyllabarum dimenſione*, pag. 12. hæc habet. *Vocalis brevis fit apud Græcos communis ante literas* μν, κλ, πτ. Exemplum voc. corrept. ante μν adducit ex *Heſiodi* Oper. & Dier. lib. 1. verſ. 20.

Ἤτε κ᾽ ἀπάλαμνόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.

Sed quàm non quadret hoc exemplum, dictum eſt ſuprà ſuo loco: ἀπάλαμν☉ ab α Privat. particula deducitur & παλάμη, unde ἀπάλαμος, & per *Epentheſin* ſive, ut diſtinctiùs loquar, per *Paremptoſin*, ſyllabæ penultimæ producendæ gratiâ, ἀπάλαμνος. Eſt autem hîc *Enallage* pedis, nempe *Anapaſti* pro *Dactylo*.

Alii dictæ regulæ confirmandæ gratiâ *Solon.* verſ. citant, & rectè. Cur autem corripitur vocalis brevis ante μν, duas Liquidas, κτ, πτ, duas mutas? Credo propter *Anadiploſin*, præſertim in verborum Præteritis, cùm themata ipſa à μν, κτ, πτ, inchoentur: Quam analogiam ſequuntur & aliæ orationis partes: hoc tamen obſervato, ut prior Liquida vel Muta non pertineat ad præcedentem vocalem: Dato enim quòd κε in κέκτημαι corripi poſſit, non ſequitur ε in ἐκτείνω corripi poſſe. Diverſa enim ſcribendi ratio hoc ſatis indicat, in diviſione ſyllabarum: nam κέ-κτημαι rectè ſcribitur, non -κτείνω ſed ἐκ-τείνω quamvis rectè ἔ-κτεινε à κτείνω, ubi ε corripi poteſt, cùm thema à κτ incipiat

48.---ος in δμώ☉, ſequente vocali, producitur, in *Hephthemimeri*, vi finalis ς. Mallem δμωός.

61.---ἰδεῖν] *Stephanus* legit ἰδεῖαι.

65. ὀμβρηρῆ, γρ. ὀμβρηρῆ.

Δεικνύει ὀμβρηρῆ, κεραδίην δ᾽ ἔδακ᾽ ἀνδρὸς ἀβύτεω.

Verſus hic à Græcis dicitur Δολίχουρ☉, *longam quaſi caudam habens*; ſive Μακροσκελής, *longa crura habens.* Sanatur autem per Συνίζησιν vocalium εω in *Genitivo* Ionico ἀβύτεω, ut in Κρονίδεω, lib. præced. verſ. 71.

71. Ῥηΐδιον γὰρ ἔπ☉ εἰπεῖν] Notandum ☉ in ἔπ☉ produci in *Penthemimeri*, vi finalis ς, & præcedentis Acuti.

72.---ἀπαρνήσασθαι] *Stephanus* ſcribit per η. Ego cur à *Stephano* in hoc & huic ſimilibus diſſentiam, dictum eſt ſupra in libr. 1. verſ. 80. in ὀνόμηνε.

76. ἀροτὸς, non ἄροτος· nam *arandi tempus* hîc ſignificat, ut ſuprà verſ. 68. ἀροτοῖό τε, ab ἀροτὸς idem ſignificante; at ἀρότοιο 78. ab ἄροτος *arationem* ſignificante (ubi *Stephano* mecum convenit) hic tamen apud *Stephanum* eſt Περισπώμενον: Sed erratum credo eſſe Typographicum.

80. Εἴαρι πολεῖν· Θέρε☉ δ᾽ νεωμένη ὔ σ᾽ ἀπατήσει.

Aut hîc Συνίζησις eſt *Diphthongi* ει & *Vocal.* α in Εἴαρι, aut *Enallage* pedis, nempe *Proceleuſmat*, Εἴαρι π--pro *Dactylo* aut *Spondeo*: nam ει hîc θέσει ante α pro communi ſyllaba haberi poteſt: Sed Συνίζησις hîc magis placet, ut ſuprà lib. 1. verſ. 5.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει---

85. Ἀρ-

85. Ἀρχόμενος πατρῷον ἀρότου]—*Stephanus* legit ἀρότρου. Minùs rectè meo judicio: nam aliud eſt *Inchoare aratrum*, aliud, *incboare arationem*: illud enim eſt τῦ ἀρότρου, hoc verò τῦ γεωργῦ.

93. Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια·---

Hîc Συνίζησις eſt terminationis Gen. Plur. primæ Contr. ἑων in ἀγγέων. Hujuſmodi exempla ſunt infinita: νεικέων, lib. 1. verſ. 30. τάχέων pag. 49. 71. κηδέων pag. 77. 101. κερδέων pag. 217. 15. σηθέων. pag. 281. 237. τειχέων. pag. 429. 945, &c.

95. Εὐοχέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ, ὐδὲ πρὸς ἄλλυς.

Hîc Συνίζησις eſt terminationis ſecundæ perſon. *Ionic.* Fut. prim. Med. in ἵξεαι. Aliud hujuſmodi exemplum nondum obſervavi in his Poëtis. Πολιὸν ultimam hîc producit in *Hephthemimeri*, vi *Toni* & *Liquidæ* finalis.

110. Μήτ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριον ὄμβρον.

Hîc Συνίζησις eſt vocalium εα in ἔαρ, ut in Κλεάρισθ' apud *Theognidem*, pag. 409. verſ. 514.

Κλεάρισθ' ὅι ἔχομεν, χ' ὅια διδῦσι θεοί.

111. Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην.

*Trincavelus* in Editione ſuâ Ann. 1537. legit ἐπ' ἀλέας, quaſi eſſet Accuſativus ab ἀλής. *Moſchopulus* in Scholiis ab eodem *Trincavelo* editis legit ἐπ' ἀλέα, uti & ego, & ante me *Stephanus*: qui in *Annotatione* in hunc verſum hæc habet, ἐπ' ἀλέα, *ſic Euſtathius* [ubi tamen, non reperio] *non* ἐπαλέα· *at quomodo ſtante verſu viderit.* Sive *Euſtathius*, ſive *Moſchopulus*, ſive quis alius hujus lectionis autor fuerit, mihi placet: nec eſt cur quis ſollicitus ſit de verſu, ut conſtet, ſi enim ab ἅλιος *Dorico* pro ἥλιος, ducatur, ut quidam volunt, & antepenultimam naturâ producat: agnoſcenda eſt hîc Συνίζησις ſyllabarum εα in ἀλέα· ſic autem verſus erit Σπονδειακός. Si verò, ut volunt alii, ab ἀλῶ, id eſt πλανῶμαι, aut quocunque alio ducatur, & antepenultimam corripiat: *Enallage* eſt *Anapæſtici* pedis pro *Dactylo*, qualis eſt ſuprà in ἀπάλαμνον, lib. 1. verſ. 20. & infrà in *Theogon.* pag. 73. verſ. 32. in ἵνα κλεί----

Θεῖλεν, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Et apud *Eratoſthenem* pag. 517. β'. verſ. 6. in---ειπεπτη---

Αἱ δ' δύω ἑκάτερθε πόλοιο πεπεπτηγῦαι.

Et apud *Coluthum Thebanum*, in Helen. rapr. verſ. 206. in Τόφρα,

Τόφρα καὶ Δαρδάνιον καὶ Τρώϊον ὕδας ἀμείψης.

E pud *Apollon. Argon.* β'. 312. in Ἀτρεκέως.

Ἀτρεκέως, ὅσσα δ' ὄρωρε θεοῖς φίλον ὐκ ἐπικεύσω.

Hîc autem Συνίζησις eſt etiam ſyllabarum -έως. Et apud eundem in γ'. 123. in Ἱερεῖς.

Ἱεροῖς Αἰσονίδαο περιξ δέ μιν ἐστεφάναντο.

Et apud *Homerum* Iliad. ι, verſ. 5. in Βορέης.

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον.

Sed notandum, reſpectu loci primi ubi hæc *Enallage eſt*, verſus hujuſmodi ab *Euſtathio* dici ἀκεφάλους ſive μικροκεφάλους, διὰ τὸ ἐκπεσεῖν τῆς κατὰ τὴν ἀρχὴν οὖσαν ἐκτάσεως, *quod prima ſyllaba primi pedis brevis ſit*: non obſtante quod Βορέης & ejuſmodi dictiones ſint τετράχρονοι καὶ ἰσοδάκτυλοι *quatuor temporum & Dactylo æquales*. Talis occurrit verſus apud *Virgil.* Georg. 1. 482,

*Fluviorum rex Eridanus, campóſque per omnes.*

113. μέγα] γρ. μέγαν.

141. ἔνδοθεν] γρ. ἔνδοθι.

159.---βοὸς Ἴφι κταμένοιο] -ὸς in βοὸς producitur in *Hephthemimeri* vi *Toni & finalis* ς.

163.--κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν, (non -ῆφι ſecundum *Stephan.*) ut κρατῆρος ὕπερθεν 362.

177. Τῆμος δ' ἥμισυ βουσὶν, ἐπὶ δ' ἀνέρι τὸ πλέον εἴη.

Si ſic legatur hic verſus, --πὶ δ' ἀνέρι *Pedem* conſtituit *Proceleuſmaticum*. Mallem ſic legere,

Τῆμος δ' ἥμισυ βουσ' ἐπὶ δ' ἀνέρι τὸ πλέον εἴη.

182. Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.

Notand. ας terminationem Accuſativi Pluralis primæ & ſecundæ Declin. Simplicium ſæpe corripi per *Syſtolen* Doricam:

*In prima*, μεταναιέτας in *Theogon.* pag. 85. verſ. 401,

Παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑοὺς μεταναιέτας εἶναι.

Et apud *Theocrit.* Idyll. κγ'. pag. 235. verſ. 63. αἴτας.

Στέργετε δ' ὔμμες αἴτας· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

*In ſecunda* Declinatione frequentior eſt *Syſtole*, ut in τροπὰς ſuprà: & rurſum verſ. 281.

Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.

Et verſu 293---δεινὰς αἴτας. Et in *Theogon.* verſ. 60. κούρας. & 267, Ἅρπυιας. & 653, βουλάς. Apud *Theocrit.* pag. 123. Idyll. α'. verſ. 134, ὄχνας. β'. 160, Μοίρας. γ'. 2. αὐτάς. 3, τάς. δ'. 2, αὐτάς 3, πάσας. 29, νύμφας. ε'. 103, ἀντολάς. 121, Σκίλλας. 136, κίσσας. ς'. 32, θύρας. ζ'. 87, καλάς, &c.

186. Τόνδε μετ'] At *Stephanus*, Τόνδε μέτ'. Hîc Lectorem obiter præmonitum volo, me *Gazam* ſecutum (pag. 56. lib. 4. De Conſtructione) non transferre accentum in Præpoſitionibus, quamvis tranſpoſitis, Apoſtrophum paſſis. Verba *Gazæ* hæc ſunt, Αἱ ποθοῦσαι δὲ ἔκθλιψιν τοῦ φωνήεντος οὐκ ἀναστρέφονται, ἐπιφέροιτό τις.

189.--ἄν

189. --ἂν φυτὰ βαίνῃ] γρ. ἀμφυτά. *Stephanus* ſcribit ἀν ſine accentu: minùs recte, cum non patiatur *Apoſtrophum*, ſed *Apocopen*, pro ἀνά. ut πὰρ pro παρά. *Tmeſin*, inquiet, patitur, ἀνὰ φυτὰ βαίνῃ, pro ἀμβαίνῃ t id ſcio; verùm extra Compoſitionem, a ſuo verbo per *Tmeſin* diviſa præpoſitio ſuum nihilominus habebit accentum.

190--ὀινέων] Hîc Συνίζησις eſt terminationis Ionicæ -έων in Genit. Plur. ſecundæ Declinat. Simpl. Hujus generis Συνιζήσεως exempla ſunt plurima: ſuprà libri primi verſ. 30, ἀγορέων. in *Scut. Hercul.* pag. 45. verſ. 68, ὀυχωλέων 232, Βαιυκσέων, in *Theogon.* pag. 69. verſ. 79, ἀπασέων. 130, Νυμφέων. 828, Πασέων κεφαλέων. Et apud *Theocrit.* Epigramm. ί, pag. 273. verſ. 4. Μυσέων, &c.

198. Ἠὼς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου. Hîc Συνίζησις eſt duarum ſyllabarum brevium έας in πολέας, Accuſ. quintæ Simplic. Unicum hoc exemplum hujus generis in hiſce Minoribus poëtis obſervavi. Apud *Homerum* bis reperitur eadem Συνίζησις in eodem loco, id eſt, in *Hepthemimeri*. Iliad. ά. 559.

Τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Iliad. β'. 4.

Τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

199. Ἀνθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.

*Stephanus* legit πολλοῖς δ' ἐπὶ, & *Stephanum* ſecutus *Lectius*. Sed metri ratio hanc lectionem non admittit: Legi poteſt πολλοῖς δὲ ἐπί. Sed nec hæc placet lectio, præſertim cùm *Trincavelus*, qui *Stephano* antiquior eſt, lectionem noſtram confirmet.

201. Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατα χεύετ' ἀοιδήν.

Hìc Συνίζησις eſt duarum ſyllabarum --έῳ in Δενδρέῳ quæ pro uno tempore habentur ob ſequentem vocalem: ut apud *Homerum*, Iliad. γ'. verſ. 152,

Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

*Stephanus* hoc in loco ſcribit Περιπερρυτόνως, Δενδρέῳ in ſuperiore, Παρρυτόνως, Δενδρέῳ. *Frobenius* & *Trincavelus*, ille apud *Homerum*, hic apud *Heſiodum*, ut nos, Παροξυτόνως. Et rectè; nam legimus δένδρεα à Sing. δένδρεον (pag. 77. *Theogon.* verſ. 216.) Quod in *Genitivis* & *Dativis* fit Παροξύτονον, lege *Nominat. Sing.* Περιπαροξυτόνου. Item, in Χρυσέῳ, *Iliad.* ά. verſ. 15, & 374.

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.

207.---Βίβλινος οἶνος] Sic *Trincavelus* & *Melanchthon. Stephanus* legit, Βύβλινος alias in *Theſaur* & *Etymol.* Hujus Ἀφαιρέσεως cauſa eſt, uti conjicio, & in hac dictione & in aliis



multis

multis, ſimilitudo prolationis τοῦ ι & τοῦ υ, ut ſuprà animadverſum eſt in Δι᾽] verſ. 2. libri primi. Sic apud *Tyrtæum*, (ſecundùm *Criſpin.* & *Stephanum*) in β'. verſ. 2. legitur ἀμφιπερικτύονας, corruptè, pro ἀμφιπερικτίονας, ut apud *Homerum* Odyſſ. β'. verſ. 65. περικτίονας (ſecundùm ipſum *Stephanum* & *Frobenium*) nam à κτίζω, *condo*, formatur.

212. Ἄντιον ἐυκραέος ἀνέμου] -ος in ἐυκραέος producitur in *Penthemimeri*, vi Finalis ς & præcedentis Toni- γρ. ἐυκραέος ζεφύρου.

214. Τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου·
Verſus hic à Græcis Ἀκέφαλος ſive Μικροκέφαλος dicitur, quòd incipiat à ſyllaba brevi. (apud *Homerum* τρὶς utrius eſt temporis, *Odyſſ.* ι. 65.

Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι.

Item, apud *Theognid.* pag. 377. verſ. 633,

Βουλεύου δὶς καὶ τρὶς, ὅτι κ᾽ ἐπὶ τὸν νόον ἔλθῃ)

Ἀκέφαλοι ſunt & ſequentes verſus: Apud *Theocrit*, Idyll. κδ'. pag. 253. verſ. 222,

Πρὶν ἰδέειν, ἀλκῆς τε μεταυτίκα πειρηθῆναι· nam verſu 236. πρὶν corripitur.

Apud *Aratum* in *Dioſem.* verſ. 764,

Παρειπὼν ὤνησεν ὅτ᾽ ἐγγύθεν ὤρορε χειμών.

Apud *Dionyſ.* De ſitu orbis, verſ. 343,

Ὅ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον· ἐκ δὲ βορείης,
γρ. Οἵ ῥά τε—

Apud *Apollon.* in *Argonaut.* γ'. 984.

Πρὸς αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι, ἠδὲ τοκήων.

Quanquam citati verſus omnes, ut & *Heſiodi*, ſanari videntur per *Ectaſin* vocalis brevis, aut ante Liquidas ν, ρ, aut Final. ς, quæ aliis etiam in locis ſyllabas breves producunt; de quibus aliás. Sed qui ſequuntur verſus, nullo modo videntur poſſe excuſari, quin defectum temporis patiantur, ut verè ſint Βραχυκέφαλοι, ſive Ἀκέφαλοι.

Apud *Homerum Iliad.* ψ'. 2.

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Et *Odyſſ.* μ'. 423.

Ἐπίτονος βέβλητο βοὸς ῥινοῖο τετευχώς.

217. Χώρῳ ἐν ἰναέϊ, καὶ] Syllaba brevis in *Penthemimeri* ſanatur à præcedente *Acuto*, & ſequente *puncto*, ut & initiali literâ *Anadiplaſiaſmi* capace.

219. καταδῦναι] *Stephanus* legit καταδύηναι ſubſcripto ι. (quanquam ſuprà lib. 1. verſ. 348. ſcribit δύηναι, & lib. 2. verſ. 86.

ἵκηαι

ἴκηαι, non ſubſcripto ι, & multis aliis in locis.) Ego verò nuſquam ſubſcribo in terminatis *Ionicè* in--ηαι in *Subjunct.* Paſſ. & Med. ut nec *Caninius.* Canon enim eſt, Οἱ Ἴωνες ἀποβάλλοντες τὸ τ τῦ τρίτυ προσώπυ δεύτερον ποιῦσιν. ὡς τὸ. κέλεαί με [à κέλεϑ] ὅτως ἴδηϑ ἴδηαι. Vide *Etymol. Magn.* Col. 466. lin. 7. in Ἴδηαι. *Euſtathius* in ἴδη, *Iliad.* ά. verſ. 203.) ſecunda perſon. *Aor.* 2. Subjunct. Med. factum docet ἴδη ex ἴδηαι per *Craſin*, addo etiam & *Synæreſin*: Nam contractis ηα in η per *Craſin*, ι Subjunctiva vocalis, quoniam poſſcribi non poteſt, ſubſcribitur per *Synæreſin*, ut indè fiat ῃ diphthongus: quæ ſi per *Hypexæreſin* & *Dialyſin* reſolvatur, redibit ηαι, ab ηται tert. perſon. per *Ecthlipſin* literæ τ. Non ſubſcribendum igitur ι terminatis ab ηαι in Subjunctivo.

220. Θῆπα ἄοικον] *Stephanus* legit Θῆτ' ἄοικον, ità ut producatur α particula Privativa, ſequente etiam ο parvo.

225. Βῦσι καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. Αὐτὰρ ἔπειτα. Obſervanda Συνίζησις vocalium ηε in ἐπηετανόν.

258. Ἄσκρη, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, ὐδέποτ' ἐσθλῇ. Hic verſus eſt Περκοίλιος, ſive *prominentem* quaſi *ventrem habens*: ſed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum--έη in ἀργαλέη (ut &-έῳ in Δενδρέῳ, verſ. 201) quæ pro una ſyllaba habentur, eâque brevi, propter ſequentem vocalem. Quidam legunt,

Ἄσκρη χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, ὐδέποτ' ἐσθλῇ, negligentes prorſus in metri ratione particulã *Apoſtrophum* paſſam: quam lectionem reprehendit *Stephanus* ut vitioſam.

265. Βύληαι χρέα τε προφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ. *Stephanus* legit Βύληαι δ' χρέα τε προφυγεῖν, &c. Cur per η Monophthongum ſcripſerim Βύληαι, vid. ſuprà in καταδῆναι, verſ. 219. Quod ad particulam δ' attinet, ſecutus judicium *Philippi Melanchthonis* delendam putavi, magíſque id adeò quod *Stephanus* aliis in locis aversatus ſit particulas καὶ & δ' etiam *Apoſtrophum* paſſas, *Oper.* ά. verſ. 310.

Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς non κ' ἀεργός & β'. verſ. 258.

Ἄσκρη, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ ὐδέποτ' ἐσθλῇ non θέρει δ' ἀργαλέῃ Contra autoritatem ſuperiorum Editionum. *Bailius* legit Βύληαι δ'] inchoans verſum à *Dactylo*, additque, Monoſyllabas particulas communes reddere præcedentes etiam diphthongos. Non memini tamen legiſſe unquam diphthongum correptam ſequente monoſyllabâ particulâ integrâ: ſequente *Apoſtrophum* paſsâ, fateor. Quanquam non nego quin corripiantur ſæpius αι & οι in fine, ſequente etiam conſonante: De

 quibus

quibus aliàs dicetur. Hæc tamen Lectio [Βϋλῃαι ϡ] ſi retinenda ſit, mallem ſanare pathos, à quo verſus dicitur Περκοίλιος, agnoſcendo Συνίζησιν, ut in *Indicat.* in ἴξεαι pro ἴξῃ, *Oper.* β'. verſ. 95.

Ἐυοχέων δ' ἴξεαι πολιὸν ἔαρ, ὐδὲ πρὸς ἄλλυς.

Utrobique uti potuit poëta *Craſi* & *Synæreſi* Attic. ἴξῃ, βϋλῃ noluit tamen.

266. Δείξω δή τοι] Sic *Philipp. Melanchthon.* Quam lectionem etiam *Moſchopulus* videtur agnoſcere, Δείξω δή σοι, ἤγυν διδάξωσι. Sic ille. *Stephanus* legit, Δείξω δέ τοι] *Bailius* lectionem *Stephani* agnoſcit &, hinc anſam arripit regulæ tradendæ, quæ eſt hujuſmodi, *Quædam monoſyllabæ dictiones* τέ, κέ, δέ, γέ, μέν, γάρ, τίς, *& ſimiles, vices Liquidarum ſubeunt, & interdum ſeipſas producunt.* Produci poſſe fateor in *Cæſuræ* ſpeciebus. Seipſas producere, eò quòd ſint Monoſyllabæ, id verò pernego: nam & Diſſyllaba & Polyſyllaba, in *Cæſura* ultimam brevem poſſunt producere, ut in *Triemim.* pag. 51. verſ. 167. *Scut.* Κυάνεα,

Κυάνεα χάπα νῶτα, μελάνθησαν ϡ γένεια.

Et apud *Moſch.* in Idyll. β'. verſ. 61. Χρυσοῖο,

Χρυσοῖο ταλάρϱιο ϖεῖο κατε χείλεα ταρσοῖς.

Quanquam utrobique videtur ſyllaba brevis ſanari à conſonante *Anadiplaſiaſmi* capace. Monoſyllabas ab ε pſilo terminatas, in hiſce minoribus poëtis nuſquam lego productas niſi in aliqua *Cæſuræ* ſpecie, & potiſſimùm in *Triemimeri*, nec in *Triemimeri* niſi ſequente Liquidâ, ut in *Theogon.* verſ. 340. Φασίν τε Ῥῆσόν τ'] & 341. Νέσσν τε Ῥόδιον θ'] & 649. Υμεῖς ϡ μεγάλων] & 905. Κλωθώ τε Λάχεσίν τε] & apud *Theocrit.* Idyll. κϛ'. 118. Ἤτοι ὄγε ῥέξαι] & κέ 73. Τὺς μὲν ὄγε λάεσσιν] Ut que apud *Virg.* Æneid. 3. 91. *Liminàque laurúſq; dei,* [— ϡ ve ò producitur in *Scut.* ſequente δ; ſed, ut dixi, in *Cæſura*, viz. *Hephthemimeri*, pag. 51. verſ. 195,

Δίφρῳ ἐμβεβαώς· παρὰ ϡ Δεῖμός τε Φόβος τε. & 236,

Ἄγεια δεχνυμένω· ὅπὶ ϡ δεινοῖσι χαλινοῖς.

Extra verò *Cæſuram* nuſquam, quod ſcio, niſi ſequente *Liquidâ*, ut apud *Menandr.* pag. 489. in ε. verſ. 8,

Οὔπω γδ' οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ'. ἂν ϡ λέγῃς.

Verſ. eſt *Trimeter* Acatalect. ubi ϡ per *Ectaſin* ſupplet *Spondeum* ſequente λ.

Monoſyllabas μέν, γάρ, τίς, κέν, σύν, &c. à *Liquida* aut ς terminatas poſſe produci concedo, & in Cæſur. & extra: De quibus alias.

281. --μ῀ τρέπας ἠελίοιο] De *Syſtole* in τρέπας vid. ſuprà *Obſerv.* in verſ. 18.

293.--δεινὰς ἀήτας] De *Syſtole* in δεινὰς vid. ibidem.

306.--ὅσσ' ἀεργὸν] γρ. ὥς σ' ἀεργὸν.

314. Μήτε τριηκόντων ἐτέων] γρ. τριήκοντα.

328. Ἤ τι ἔπος εἰπὼν] Notandum, ος in ἔπος produci in *Triemimeri* (ut ſuprà verſ. 71, in *Penthemimeri*, Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν) vi præcedentis *Acuti*, & *Finalis* ς.

331. --δειλός τοι] γρ. τις.

339. Εἰ δὲ καλὸν εἴποις.] Hîc ον in καλὸν in *Triemimeri* habetur pro ſyllaba longa: ut ος in ἔπος 328. γρ. Εἰ δὲ καλόν τ' εἴποις. Sic legunt quidam, verſûs ſanandi gratia. Quanquam quid opus eſt τ' ſive pro particula impletiva τέ, ſive indefinita τί; Exempla productæ vocalis brevis tonum habentis ante Liquidam, & ς, in *Cæſura* præſertim ubique occurrunt.

348.--ἔασι.] verſum claudit. *Stephanus* legit hoc in loco ἔασσι per *Anadiplaſiaſmum* τοῦ σ. Sed quid opus eſt *Anadiplaſiaſmo*? Triginta ad minimum in locis à *Stephano* apud *Homerum* legitur per σ unicum.

355. Μηδέποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ.
Huic verſui *Stephanus* præmittit verſum ſequentem,
Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι· additq; in Annotationibus in hunc verſum omitti in *Aldina* & aliis editionibus; cùm non animadvertit redundare potiùs in ſua; nam bis legitur, nempe hoc in loco, qui verſus eſt ſecundum illum, 735, & infrà 757, in Editione verò noſtra (nam duos Ἔργων καὶ Ἡμερῶν conſtituimus libros) 376.

374.--θεός τοι καὶ τὰ νεμεσσᾷ] Sic legit *Philipp. Melanchthon*, quem ſecutus ſum. *Stephanus* etiam hanc lectionem in margine adſcribit. In textu tamen legit --θεός νύ τι καὶ τὰ νεμεσσᾷ.

382. --φημίζωσι. γρ. φημίξωσι. νύ τις] γρ. νύ τοι.

# In Hesiodi *dies*.

VERS. 19. Ἀνδρεγόνος τ' ἀγαθή.] γρ. δ' ἀγαθή. ut infrà verſ. 24. Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνος.

29.--μάλα] *Stephanus* legit μέγα. πεπυκασμένος] γρ. πεπνυμένος.

46.--ἀποδείελα] γρ. ἐπὶ δείελα.

48.--φυτάλιμον] γρ. φυτεύειν.

55. πέρι] Παροξυτόνως· nam excellentiam ſignificat.

57.--ὅτι

57. —ἐπιδείελα] γρ. ἐπὶ δείελα.

64.—ὑπερβασίας ἀλεείνων] ὑπερβασίας ultimam producit, cùm ſit ſecundæ Declin. *Pariſyllab.* non ſecundæ *Contract.* quod etiam accentus indicat.

# In HESIODI *Scutum Herculis.*

VERS. 3. Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος. *Bailius Dactylum* agnoſcit hic in quinto loco, corripiendo ε ante κτρ, & verſ. 16. in Ἠλεκτρυώνης. Mallem tamen dicere, hic Συνίζησιν eſſe vocalium υω, ita ut verſus fiat Σπονδειακός.

5. Εἴδεΐ τε μεγέθει τε· νόον γε μὲν οὔτις ἔριζεν. Notandum, particulam τε produci in *Triemimeri*, ſequente Liquidâ μ.

7. Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανεείων. *Stephanus* legit κυανέων. Sic autem ſi legatur, quî conſtabit metri ratio? Nam antepenultima ubique corripitur, ut infrà verſ. 167 Κυάνεα κάτα νῶτα—] *Trincavelus* legit κυανεάων. Sic quidem ſanatur metrum: ſed quænam hæc *Syntaxis* Subſtantivi *Neutrius*, & Adjectivi *Fœminini*? Niſi fortè dicat quiſpiam, βλεφάρων pati *Syncopen*, & poni pro βλεφαρίδων· aut etiam concesso quòd βλεφάρων deſcendat à βλέφαρον, cùm tamen βλεφαρὶς ſit ejuſdem ſignificationis, κυανεάων, metri ratione id poſtulante, poſſe referri ad βλεφαρίδων. Quale exemplum eſt illud *Homeri*, Odyſſ. μ'. verſ. 74, 75 — νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε.

Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ — ubi obſervat *Plutarchus* τὸ *quod*, referri ad νέφος *ſubintellectum*, non ad νεφέλην *Subſtantivum expreſſum*.

*Stephani* lectio non videtur poſſe defendi, niſi dicamus verſum eſſe μείουρον, ſive μύουρον, cùm in *Iambum* deſinat, & antepenultimam etiam in κυανέων *Ectaſin* pati, producto dichrono ante ν. Sic autem verſus eſſet πολυπαθέστατος. Quamobrem κυανέων *Stephani* lectio non placuit. Κυανεάων *Trincaveli*, vidiſſem modo tempori, retinuiſſem; *Plutarchi* præſertim fretus judicio in re non diſſimili: verùm non vidi ante librum excuſum. Reponendum igitur cenſui κυανεείων, ſic conſtante & *Metri* ratione & *Syntaxeως*; favente etiam nobis analogiâ, ſive dicamus, ut pro θεῖον, θέειον (per *Epentheſin* Poët. literæ ε pſili

pſili ante ει Diphth.) unde ϑεείω (apud *Theocritum* Idyll. κδ'. verſ. 94.) ſit κυανέειον, unde κυανεείαν, pro κυάνεον poni; (nam *Etymolog.* agnoſcit utrumque, κυάνεον & κυάνειον) ſive dicamus eſſe *Epentheſin* Diphthongi ει in κυανεείων pro κυανέων, qualis accidit in multis aliis.

20. Ὡς γάρ οἱ δίκειτο--] Hic verſus Μικρκέφαλος dici poteſt, quod à *Trochæo* videatur inchoari, qui à *Spondeo* deficit uno tempore. Sed ſanatur multis modis: Et quod [γάρ] *Oxytonon* ſit; & quòd in *Liquidam* deſinat; & quòd ſequens ſit διασωζόμενον. Vide *Euſtath.* de diverſa ratione ſanandi ſyllabas breves in verſ. 172. Iliad. γ'.

Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ, δεινός τε.

Apud *Apollon.* in Argon. ter obſervavi particulam [γάρ] eodem in loco poſitam ſequente οἱ. Argon. α'. 526.

Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τὸ ῥ' ἀνὰ μέσσην.

ubi τὸ etiam *Ennecemim* producitur ante ῥ.

Arg. α'. 1231. Πρὸς γάρ οἱ διχόμηνις ἀπ' αἰθέρος αὐγάζουσα.

Arg. γ'. 87. Εἰ γάρ οἱ κείνη συμφράσσεται ἐμμενέουσα.

Eandem etiam rationem ſequitur & particula μὲν apud *Theocritum* infrà pag. 205. Idyll. ιζ'. verſ. 82.

Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται.

29.---φυτεύσῃ, Aor. I. *Subjunctivi*] γρ. φυτεύσαι, *Optativi*.

36. Εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη] γρ. Εὐνῇ ἐν φιλότητι μίγη.

54. Αὐτὰρ Ἰφικλῆα γε δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι. Hic verſus eſt διπαθής. Reſpectu primi pedis σκάζει, *claudicat*, & tempore deficit, & dicitur Ἀκέφαλος, ſive μικρκέφαλος, ſive βραχυκέφαλος: reſpectu tertii pedis πλεονάζει, *redundat* ſyllaba, & dicitur προκοίλιος. Sed ſanatur utrumque πάθος,

Alterum κατ' ἔκτασιν vocalis ancipitis ante Liquidam in Αὐτὰρ, *Oxytono*: ut apud *Homerum* in verſu λαγαρῷ, Il. ζ'. 157.

Ὦπασαν· αὐτάρ οἱ Προῖτος κάκ' ἐμήσατο θυμῷ·

(quanquam hic excuſari etiam poteſt ob ſequens διασωζόμενον, ut dictum eſt ſuprà in γάρ οἱ, verſ. 20.)

Alterum πάθος ſanatur κατὰ συνίζησιν, coëuntibus quaſi in unam ſyllabam -ηα in Ἰφικλῆα *Accuſ. Ion.* prim. *Contract.* (ut -ήων in βασιλήων, *Gen. Ion.* 3. *Contract.* *Oper.* α'. verſ. 259. & -ῆες in βασιλῆες, *Oper.* α'. 261. & -ῆϊ in Ἡρακλῆϊ, *Dat. Ion.* I. *Contract.* in *Scut. Hercul.* verſ. 458.)

Poteſt etiam duobus aliis modis ποδίζεσθαι hic verſus: ſive admittamus *Dactylum* ſecundo loco, amittente η unum tempus ob ſequentem vocalem, & producto α in *Penthem.* Sive tertio

loco

loco admittamus pedem *Proceleuſmaticum*. Occurrunt exempla in utroque genere, quæ prudens omitto. Magis tamen placet prior menſurandi ratio.

A *Dactylo* verò inchoari non poteſt: cùm ἶφι, unde componitur Ἰφικλέης, ῆς, penult. naturâ producat; id quod vel accentus indicat, & conſtans poëtarum uſus, ut in Ἰφικλείδην infrà verſ. 111. Οὐδ' Ἰφικλείδην δεδίξεται---in Ἰφιδάμας *Iliad.* λ'. 221. in Ἰφιμέδειαν, *Odyſſ.* λ'. 304. in Ἰφικληείης, *Odyſſ.* λ'. 289.

Ἐκ φυλακῆς ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης. Et verſ. 295,

Καὶ τότε δή μιν ἔλυσε βίη Ἰφικληείη. Et in Ἰφίκλου, *Il.* β'. 705; Ἰφίκλου υἱὸς πολυμήλου Φυλακίδαο. Ut & apud Propert.

*Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boves.*

58. Εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος

Verſus eſt Σπονδειακός· nam α in Ἀπόλλωνος habetur pro ſyllaba longa, product. per *Ectaſin*: ut in ἀπονέονται, apud *Aratum* in *Dioſem.* verſ. 1032,

Τείνονται γέρανοι καὶ παλιμπετὲς ἀπονέονται.

Sed redeo ad exemplum præſens. Ἀπόλλων infrà verſ. 68. primam ſyllabam correptam habet, & Ἀπόλλωνος verſ. 70,

Πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου.

Et ſic apud *Homerum* modò productam, modò correptam legimus. Producitur *Iliad.* α'. verſ. 14,

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

& verſ. 21, Ἁζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

& verſ. 36. Ἀπόλλωνι ἄνακτι· τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ.

Ubi hæc *Euſtathius*, Παρὰ τῷ ποιητῇ ἐπαμφοτερίζει ἡ ἀρχουσα τοῦ Ἀπόλλωνος· καὶ ἐν μὲν τῷ, Ἀπόλλωνι ἄνακτι--, καὶ περὶ τούτων, ἐν τῷ --ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, καὶ ἀλλαχοῦ ἐκτείνεται Ἀττικῶς· καί τοι τῆς ἐν τῇ παραληγούσῃ τῶν προθέσεων ἀναλογίας συστέλλεσθαι ἀπαιτούσης αὐτό. Ἐν δὲ τῷ --ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων, καὶ ἐν ἄλλοις μυρίοις τόποις συστέλλεται.

59. Αὐτὸν καὶ πατέρ' ὃν Ἀρ---Hic ὃν producitur in *Penthemimeri*, vi *Toni* & ν *Liquidæ* finalis.

62. ---ἀμφιδεδήει. Rectè hic in penultima ſubſcribitur ἰῶτα, eò quod ſtet αι Diphth. propria in *Fut.* 1. *Act.* Alioquin enim non ſubſcriberetur: malè igitur ſcribitur κέχηνα per η, cùm in penultima *Fut.* 1. χανῶ ſit α tantùm: malè etiam, ſicubi occurrat, πέφηνα, & alia ejuſdem ordinis: Non enim formantur à penultima *Præſent. Act.* (ut volunt quidam Grammatici) ut patet ex analogia in cæteris. Si à penultima *Præſentis* formaretur, cur non & ἔσπειρα, aut ἔσπειρκα à σπείρω; At ἔσπορα *Præt. Med.* ab omnibus agnoſcitur. Contrà verò πείθω facit πέποιθα.

Cur?

Cur? Quia à πείθω? Neutiquam: Sed quod ει Diphth. in *Fut.* retineatur. Sic etiam χρονίζει *Joan. Diaconus*, à δαίω.

68. Ἀλλά οἱ ἐυχωλέων ἐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων. *Oedema* eſt in pede tertio: ſed ſanatur per Συνίζησιν.

69. Αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε βίην Ἡρακληείην. Claudicat hic verſus ſecundo pede, à priori: ſed ſanatur in *Triemimeri* tribus modis: Et quòd [γάρ] *Oxytonon* ſit; & quòd in *Liquidam* deſinat; & quòd ſequens οἱ ſit διασωζόμενον.

71. Λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεοῦ τεύχεων τε καὶ αὐτοῦ. Et hic verſus *Oedematicus* eſt pede quinto, à priori: ſed ſanatur per Συνίζησιν terminationis Ionicæ in *Prima Contract.* in τεύχεων, ut ſuprà verſ. 69, in ἐυχωλέων *Secund. Simpl.*

77. Ὅς ῥα τόθ᾽ ἡνίοχον προσέφη κρατερὸν Ἰόλαον. Hic verſus claudicat quinto pede, à priori; ſed ſanatur in *Enneemimeri* duobus modis: & quòd κρατερὸν naturâ ſit *Oxytonon*, & quòd in *Liquidam* deſinat, quæ poteſtatem habet producendi vocalem brevem præcedentem.

102. Τὸν δ᾽ αὖτε προσέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος. Claudicat & hic verſus quinto pede, ut ſuprà verſ. 77. ſed ſanatur κατ᾽ ἔκτασιν vocalis brevis ante ς, quod poteſtatem habet producendi ſyllabam brevem præcedentem etiam extra *Cæſuram*: ut apud *Theocritum*, Idyl. λ. verſ. 32. Καί με κατεσίναζε. Verſus eſt *Iamb. Dimet. Catalecticus, Anacreonticus*: ubi notandum, ε ante σ in κατεσίναζε produci; alioquin enim verſus non ſtaret. Item, Idyll. κη. verſ. 2.

Γυναιξὶ νόος οἰκωφελέεσσι σὸς ἐπήβολος. Ubi ι in οἰκωφελέεσσι habetur pro ſyllaba longa, ſequente σ in proxima dictione. Nam verſus eſt *Pentameter Choriambicus*.

In omni verò *Cæſuræ* ſpecie ſyllabam brevem præcedentem ſæpe producit: ut dictum eſt ſuprá.

103. Ὤθει] *Stephanus* legit Ἤθει, & in margine adſcribitur Ὤθει. Ego lectionem Ἤθει in marginem rejeci, ut quæ cum interpretatione noſtra minimè cohæreat: & lectionem alteram Ὤθει lubentiùs amplector, ut quæ interpretationi aptè reſpondeat.

114.—πολὺ φίλτερα. γρ. φέρτερα.

116. Θυμῷ γηθήσας] γρ. Μύθῳ γηθήσας. Hîc obiter obſervanda *Synthesis*, ſive *Enallage Generis*: γηθήσας enim non refertur ad voces βίη Ἡρακληείη, verſ. præcedent. ſed ad perſonam per *Periphraſin* ſignificatam, nempe *Herculem*: ὐ πρὸς τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ πρὸς τὸ νοούμενον· vel, ut *Joannis Diaconi* verbis utar in Scholiis, πρὸς τὸ σημαινόμενον τὸν λόγον συμβιβάζει. Talis eſt & illa *Enallage* in *Theogonia*, verſ. 951.

Ἶς Ἡρακλῆος τελέσας στονόεντας ἀέθλους. τελέσας Genere concordat cum *Hercule*, qui per *Periphraſin* deſcribitur his verbis. Ἶς Ἡρακλῆος, ut ſuprà βίη, Ἡρακληείη. Talis & illa *Coluthi* in *rapt. Hel.* verſ. 370.

Τέκνον ἀκηχεμένη, non ἀκηχεμένον, idque ſexûs diſcernendi gratiâ. Tales & illæ Homericæ, Iliad. έ. 382.

Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.

& Iliad. χ'. 84.

Τῶν μνῆσαι φίλε τέκνον, ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα.

& Odyſſ. ό. 125.

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι.

Illa verò Odyſſ. λ'. verſ. 90, 91,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, Per omnia ſimilis eſt huic noſtræ *Heſiodicæ*: Nam per *Periphraſin* ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο ponitur pro Τειρεσίας, cum quo concordat Genere *Participium* ἔχων· ut ſuprà βίη Ἡρακληείη, pro Ἡρακλῆς, cum quo genere concordat *Participium* γηθήσας.

Hinc etiam ſunt illæ *Virgilianæ*:

*Centauro invehitur magna.*---Æneïd. 5. 122.

ubi *magna* concordat Genere cum *navi*, cui nomen *Centaurus*.

*Præneſte ſub ipſa.* Æneïd. 8. 561.

ubi *ipſa* concordat Genere cum *urbe*, cui nomen *Præneſte*. Sic dicimus, *Eunuchus Terentiana*, ubi intelligitur *Comædia* cui nomen *Eunuchus*: & *Mea Glycerium*, ubi intelligitur *amica* cui nomen *Glycerium*. Sed in his poſtremis exemplis, nempe Latinis, poteſt agnoſci *Ellipſis Rei* aut *Perſonæ* ſignificatæ, eáque non invenuſta. Et hæc hactenus obiter, uti dixi, de *Enallage* generis.

143. κυάνε--] γρ. κυανέ. διὰ πτύχες] *Diviſim*. Sic legendum puto, ut referatur διὰ ad ἠλήλατο, à quo per *Tmeſin* dirimitur. *Stephanus* & *Trincavelus* legunt διαπτύχες] *Conjunctim*. Sed neq; apud *Stephanum* in Theſauro Græco, nec apud alios *Lexicographos* ejuſmodi Nomen compoſitum reperio. Erratum eſſe credo Typographi, qui fortè cùm in exemplari legeret δια ſine accentu, relicto nullo *Diaſtemate* inter δια & πτύχες *Præpoſ.* cum *Nom.* in unum contraxit. Quam conjecturam meam accentus etiam in διαπτύχες confirmat. Nam, ſecundum analogiam, ſi admittenda eſſet illa compoſitio, ſcribi deberet διάπτυχες, Προπαροξυτόνως, tanquam à Nom. Sing. διάπτυξ, Παροξυτόνως, ut ἀκέρνυξ à νύξ· non διαπτύχες, Παροξυτόνως, ut hîc, tanquam à διαπτὺξ, Ὀξυτόνως.

152. ι ante ϱ. & 158. α ante μ producuntur in *Hephthemim*.
153. κελαινῆ] γϱ. μελαίνῃ.
156. κῆρ.] Ὀξυτόνως. *Steph*. leg. κῆϱ.] Πεϱισπωμένως.
158. τεθνειῶτα] *Steph*. νῶτα. at verſ. 175. nobiſcum legit τεθνεἰῶτες.
165. θωῦτα] γϱ. θαύματα.
167. Κυάνεα κάτα νῶτα.] α Finale in Κυάνεα in *Triemimeri* habetur pro ſyllaba longa. γϱ. Κυάνεοι.
169. Ἐς σφέας δερκομένων.] Συνίζησις vocalium εα in σφέας.
170. Τῶν καὶ ὁμιληδὸν σίχες ἤϊσαν---] γϱ. ὁμιλαδόν.
171. Οὐδ' ἔπεϱι τρέετην] Sic videtur interpres legiſſe. *Stephanus* legit Οὐδέ πεϱι.
175 τεθνειῶτες] à τεθνειὼς, per *Parentheſin* τοῦ ι pro τεθνεὼς, *Ionico*] à τεθνηκὼς, communi *Prat*. per *Ecthlipſin* abjecto κ, & per *Syſtolen* mutato η in ε. *Stephanus* ſuprà 158. leg. τεθνηῶτα à τεθνηὼς, per *Ecthlipſin* τοῦ κ tantùm, à τεθνηκὼς, *Præterito* communi. In penult. utriuſque terminationis---ῶτα & ---ῶτες *Ectaſis* Poëtica eſt, mutato ο in ω, contra communem analogiam. Ab utroque recto, τεθνειὼς, & τεθνηὼς, obliquos reperio apud *Homerum*: hanc tamen differentiam obſervavi, quòd qui à τεθνηὼς deſcendunt caſus, pauci admodum ſunt iique omnes βϱαχυπαϱάληκτοι, ut τεθνηότος, Il. ϱ'. 435. τεθνηότα Il. τ'. 300. τεθνηότας, Od. ψ'. 84. Qui verò à τεθνειὼς, plurimi, iique μακϱοπαϱάληκτοι, ut τεθνειῶτος, Il. ι. 629. ν'. 659. σ'. 173. aliiſque multis in locis. τεθνειῶτι, Od. κ'. 494. τεθνειῶτα, Il. ζ'. 464. π'. 858. ϱ'. 229, &c. τεθνειώτων, Il. π'. 16. (Lego tamen τεθνειότες, Od. ώ. 56. & τεθνειότα, Il. ώ. 20. quamvis aliàs nuſquam: ſæpe tamen, ut dixi, τεθνειῶτος & τεθνειῶτα.) Et hujus quoque διφοϱήσεως fortè cauſa eſt, quòd ει & η apud recentiores, & apud hodiernos etiamnum Græcos ſimilem ſonum habeant.
176. κοτέοντε] γϱ. κοτέοντε.
185. Ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον, ἰδ' Ἄσβολον οἰωνιστήν.
Sic legendum, ut verſ. 18, *Theogoniæ*. *Stephanus* legit ἠδ' Ἄσβολον] vel potiùs, *Stephano* imprudente, aut quiſquis à *Stephano* illi negotio præfectus erat, (εἷς γὰϱ ὀφθαλμὸς οὐ πάνθ' ὁϱᾷ) per errorem irrepſit in hunc locum pro ἰδ' Apoſtrophum paſſo, cùm ſenſum non metrum attenderet: ſunt enim hæ particulæ ἠδὲ & ἰδὲ ἰσοδύναμοι, reſpectu ſignificationis, & pronunciationis etiam propter ſimilem ſonum τοῦ η & τοῦ ι; non tamen ἰσόχϱονοι, reſpectu metri.
186. Ἄϱκτον τ', Οὔϱειόν τε] Sic videtur legiſſe interpres. *Stephanus*

phanus legit ῎Αρκτον θ᾽ Οὔρειόν τε] *Trincavelus legit* ῎Αρκτον Θύρειόν τε.]

188. Ἀργύρεοι, χρυσέας] Sic debet ποδίζεσθαι hic verſus, ut in ſecundo loco ſit ſpondeus per Συνίζησιν vocaliū εα in χρυσέας; ut in σφέας *Pronom.* verſ. 169.

195. Δίφρῳ ἐμβεβαώς· παρὰ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε.
Hic verſus eſt λαγαρὸς, claudicans quarto pede, à priori: ſed ſanatur in *Hephthem.* tribus modis (ut in *Ennehemimeri* verſus ille apud *Homer.* Il. γ΄. 172.

Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ, δεινός τε.

Mitto λαγαρότητα in ſyllaba--λε, dicturus tantùm περὶ λαγαρότητος in--ρε· de qua ſic *Euſtathius*, Ἡ ρε συλλαβὴ ἐκτεινομένη τεχνικῶς λόγῳ κοινῆς συλλαβῆς, διὰ τὸ ὀξέως τονοῦσθαι, καὶ διὰ τὸ πέρας εἶναι λέξεως, καὶ διὰ τὸ προηγεῖσθαι τοῦ δ᾽, δυναμένου καὶ αὐτοῦ τεχνικῶς ἐκτείνειν, διὰ τὸ πεφυκέναι διπλασιάζεσθαι, σπονδεῖον ἀποτελεῖ) Et quod δὲ naturâ ſit Ὀξύτονον, (quamvis hîc gravem ſortiatur accentum in progreſſu ſententiæ, nullâ ſequente diſtinctione, aut particulâ Encliticâ) & quòd ε dictionem claudat, & quòd ſequens à δ incipiat literâ quæ *Diplaſiaſmi* eſt capax. Addo & quartum, διὰ τὴν ἐφεξῆς πελασσομένην [συλλαβὴν] nempe Δεῖ---ut ἡ in ὀλοῇσι, teſte *Euſtathio* in verſ. 342. Il. α΄.

Τοῖς ἄλλοις. ἦ γὰρ ὅγ᾽ ὀλοῇσι, φρεσὶ θύει.

198. Τῇ ἰκέλη) *Stephanus* hîc ſcribit ῥυσσωμένως, ſuprà tamen *Opér.* α΄. verſ. 71. ſcribit ψαλυμένως ἴκελον. Apud *Homer.* Il. ζ΄. verſu 478, ἴκελος δ΄: 86, ἰκέλη, multiſque aliis in locis ſcribit ῥυσσωμένως. Il. ρ΄. 88. σ΄. 154, &c. ἴκελος. Il. ὠ. 80, ἰκέλη. Il. ξ΄. 386, ῎Ικελον, multiſque aliis in locis ſcribit ψαλυμένως. Quid igitur ſtatuendum de hujus nominis *Proſodia?* Proculdubio ſcribendum, ἴκελος, ἰκέλη, ἴκελον, ψαλυμένως · ſit enim ab εἴκελος (quod ab εἴκω, *ſimilis ſum)* per *Ellipſin* ſive ἀποβολὴν τοῦ ι, idque metri cauſâ, διὰ χρείαν μέτρου ἀποβάλλει τῆς ει διφθόγγου τὸ ε, teſte *Etymolog.* in Ἐναλίγκιος. Imò ipſe *Stephanus* in *Theſauro* Græco ſcribit ψαλυμένως, citátque hunc ipſum *Heſiodi* verſum Τῇ ἰκέλη] Hæc hactenus tyronum gratiá, qui quid in re dubia ſtatuant incertum eſt: non animo *Stephani* perſtringendi, quem pro dignitate nullâ unquam oratione ſatis laudare poſſum, ſed ſtudio veritatis inveſtigandæ, & defendendæ, meæque fidei liberandæ Nolo equidem à *Stephano*, quem præ reliquis mihi imitandum propoſui, temerè & meo ſolius fretus judicio recedere: ſed neque ità pertinaciter *Stephano* fidem obſtrinxi meam, neque id, credo, voluiſſet *Stephanus*,

phanus, ſi viveret, ut nihil uſquam loci dubitationi relictum ſit. *Stephani* judicium plériſque in locis ſequor, ſicut æquum eſt; *Stephani*, vel potiùs Typographi (diſtinguo enim *Stephanum* ab operis *Stephani*) errata, quæ tamen rara ſunt admodum, nuſquam ſequenda duxi: quod non nemo facit, qui ſatis ſe omnia probâſſe putat, ſi hæc tria verba inſerat, *Sic legit Stephanus*, Quaſi diceret, *Sic excuſum eſt*. Quod quidem dum facit, Canonas veterum Grammaticorum violat, & pro *Junone* umbram, pro veris errata imperito lectori ſæpe obtrudit.

199. Ἔγχος ἔχουσ᾽ ἐν χερσὶ χρυσείην τε τρυφάλειαν.
Hic verſus eſt Προκοίλιος· ſed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum -έην in χρυσέην· ut apud *Homer.* Iliad. ψ'. 253.

Ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην, καὶ δίπλακα δημόν.

& apud *Coluth. Theb.* in *Hel. rapt.* verſ. 382,

Πυκνὰ δ᾽ ἔπαλλε κόμην, χρυσέην δ᾽ ἔρρηξε καλύπτρην.

& infrà apud *Heſiod.* in *Theogon.* verſ. 578,

Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε.

202. Ἱμερόεν κιθάριζέ τι Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. Sic videtur legiſſe interpres. *Trincavelus* autem ſic legit,

Ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός, & ſic verſus eſt Σπονδειακός. *Stephanus* legit,

Ἱμερόεν κιθάριζεν Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. & ſic verſus eſt ἀπαθής. Et in Annotationibus, *Deeſt fortaſſe*, inquit, *articulus* ὁ *ante* Λητοῦς, *ad explendum verſum.* Non ad explendum verſum certè: eſt enim integer. Ferre tamen poteſt metrum interjectum articulum, & ſic verſus eſſet δακτυλικώτερος· imò *Joannes Diaconus* ἐξηγητικῶς in Scholiis addit ὁ; Ἐκιθάριζεν, inquit, ὁ Ἀπόλλων ὁ υἱὸς τῆς Λητοῦς καὶ τοῦ Διός. Ego non video quidni etiam legatur,

Ἱμερόεν κιθάριζε Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, expungendo particulam τί, articulum ὁ, & paragog. cum ν. Neque enim de metro periculum eſt, ut ſtet. Nam ſuprà verſ. 199. legimus,

Ἔγχος ἔχουσ᾽ ἐν χερσὶ, χρυσείην τε τρυφάλειαν, non χερσὶν, quamvis χερσὶ in eadem ſede ſit βραχυκατάληκτον. At ſanatur, inquies, per tertium Poſitionis genus. Concedo: ſed addo etiam & ---ζε in κιθάριζε ſanari poſſe à ſequente Liquidâ λ, quæ poteſtatem habet producendi præcedentem ſyllabam brevem extra *Cæſuram*, ut apud *Homerum* Iliad α. verſ. 4. in eadem ſede,

Ἡρώων, αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.

Quam lectionem agnoſcit *Euſtathius* κατὰ Συναλοιφήν· (quamvis non ignorem legere alios, ἀσυναλείπτως, —δ᾽ ἑλώρια, necnon

necnon & alios, κατ' Αναδιπλασιασμὸν ἔλλειψιν.)
Et apud *Menandrum* infrà pag. 489. verſ. 8. in 4.

Οὔπω γὰρ οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ' ἂν ἢ λέγῃς.

Verſus eſt *Trimeter Acatalect.* ubi in quinto pede eſt *Trochæus* (præter metri legem) niſi quòd ſanetur ἢ à ſequente Liquida ρ, & ſic habeatur pro ſyllaba longa, ut *Spondeum* abſolvat.

222.---νόημ' ἐποτᾶτο] γρ. νόημα ποτᾶτο.

232. Βαινυσέων ἰάχεσκε σάκ@ μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ.
Verſus eſt Περικοίλι@· ſed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum ---έων in terminatione *Participii* Βαινυσέων.

234. Διὰ ἀπηωρεῦντ'] *Stephanus* hoc in loco ſcribit per η monophthongum; ut & ἀπήωρει, *Odyſſ.* μ'. 435. Cùm tamen in THESAURO Græco citet utrumque locum, & per ῃ diphthongum ſcribat: rectè. Nam *Temporale augmentum* eſt, factum ex diphthongo propria αι, in αἰωρέομαι--οῦμαι· at αι in ἀπῃώρει, ſuavitatis causâ, mutatur in ῃ, κατ' ἔκθλιψιν καὶ συναίρεσιν, mutatâ *Præpoſitivâ Vocali* in η, & *Subjunctivâ* ſubſcriptâ, ut in χρήϊμον pro χραίϊμον apud *Homer.* Iliad. α'. 41, & 504. ubi tamen *Stephanus* non ſubſcribit ι videtur enim ducere à χραίνω, χραίνω, & Πλεονασμῷ τοῦ η, χρήϊμον, ſecutus *Etymologicum. Caninius* ducit à χραιαίνω, & ante *Caninium Euſtathius*: quos ego autores ſequendos duxi. Hoc verò obiter.

236. Ἄγρια δερκομένω ἐπὶ ἢ δεινοῖσι χαλινοῖς. Quî ſanetur hujus verſûs λαγαρότης in *Hephthemim. Vid.* in exemplo ſimili, verſ. 195.

237. Γοργείοις ἐδονεῖτο μέγας φόβ@· οἱ δ' ὑπὲρ αὐτέων.
Hic verſus eſt δολίχουρος, ſive μακροσκελὴς, propter *Epenthesin* Ionicam τοῦ ε pſili in αὐτέων verſum claudente: ſed ſanatur per Συνίζησις ſyllabarum---έων.

242.--εὐδμήτων ἔπι πύργων] γρ. ἄπο.

245.---γῆρας τε μέμβλωκον] γρ. τ' ἐμέμβλωκον.

246.--ἂν ἢ θεοῖσι Χεῖρας ἔχον--] pro ἀνεῖχον per *Tmeſin.* *Stephanus* ſcribit ἂν φιλευμένοις καὶ ἀτόνως. Ego cur accentu ſuo ſignârim hic & alibi, dictum eſt ſuprà in *Oper.* ϛ'. 189.

252.--μεμάρποιεν] γρ. μάρποιεν.

262. Συμμῦσαι] *Stephanus* ſcribit Συμμῦσαι, per ῃ *Diphth.* Ego cur à *Stephano* diſſentiam de hujuſmodi *Aoriſt.* orthographia; vide ſuprà in *Oper.* α'. verſ. 80. in ὀνόμηνε.

268.--Αἷμ' ἀπολείβετ' ἔραζ'· ἡ δ' ἄπλετον ἑστασπεῖα.
*Stephanus* legit ἔραζε, ἀσπαλείβετω ς· vel potiùs clàm *Stephano* irrepſit ε παρέλκον. Niſi fortè quis velit hanc lectionem ſic defendere, ut dicat, Dactylum eſſe in loco tertio, correpto, ει, & negle-

neglectâ particulâ Apoſtrophum paſſâ : ut *Oper. α΄.* verſ. 310. & *β΄.* 258. quibus in locis corripitur ει ante κ' & δ'. ſecundùm *Bailium, Langium,* & *Golium* : quam lectionem averſatur *Stephanus.* Vide Obſervat. noſtras in verſ. citatos & in verſ. etiam 265. *Oper. β΄.* Quorſum plura in re minimè dubia ? Eſto erratum in Editione *Stephani*, non error judicii. Nam *Trincavelus* multis qui ante *Stephan.* annis vixit, legit κτ συναλοιφὴν (ut *Euſtathii* verbis utar) ſive per *Apoſtrophum*, aut *Thlipſin* τȣ̃ ε pſili. De vocalibus longis & diphthongis ante conſonantes correptis aliàs erit dicendi locus in *Theogon.*

273. ἐΰσσωτρε ἐπ' ἀπήνης] *Stephanus* hîc ſcribit ſine *Anadiplaſiaſmo* τȣ̃ σ. Contrà, in *Theſauro* ſcribit per *Anadiplaſiaſmum*, ubi citat hunc ipſum verſum *Heſiodi* : ut & ἐπισσωτρα apud *Hom.* Iliad. ε. 725. ἐπισσώτρων, Iliad. λ΄. 537. ἐπισσώτροις, Iliad. ψ. 394. Rectè. Nam & ἐῢ pro ἐυ, per *Diæreſin*, & ἐπι-βραχυκαταληκτȣ̃σι. Sed ſanatur ſyllaba brevis per *Anadiplaſiaſmum.* Σῶτρον *Rotæ umbilicum* ſignificat, unde Adject. ab ἐῢ compoſitum ἔυσωτρος, per *Diæreſin* diphthongi ἐΰσωτρος, per *Anadiplaſiaſmum* conſonantis ſequentis, ἐΰσσωτρος, ἐΰσσωτρε· ut ἐΰσσελμος à σέλμα, *Odyſſ.* μ΄. 358.

270. ἀγλαΐας] γρ. ἀγλαΐη.

277. ταῖσιν] In editione *Stephani* legitur τοῖσιν. Sed erratum eſſe credo Typographi.

281. ὑπ' αὐλȣ̃] Mallem cum *Trincavelo* ὑπ' αὐλῷ, ut verſ. ſeq. ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ.

283. Τοίγε] Mallem cum *Trincavelo* Τοὶ δέ.

288. Ἕσταλον] Sic videtur legiſſe interpres. *Stephanus* legit Ἐστάλατ' pro ἐστάλατο, *Pluſquam Perf. Ionico*, pro ἐσταλμένοι ἦσαν, adeò ut χιτῶνας ſit *Accuſativus Synecdochicus.*

289. χοερωνιόωντα πέπηλα] *Trincavelus* legit κορυθόεντα.

291. Οἱ δ' ἄρ ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπιπλον ἀλωήν. *Trincavelus* legit, Οἱ δ' ἄρ ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπ]νον ἀλωήν.

293. ἐς πελάγος ut verſ. 296.] *Trincavelus* legit, ἐν πελάγεσι.

299. Θοίγε] *Stephanus* legit, Τοίγε.

302. Τοὶ δ' ὠκύποδας λαγὸς ἤρευν.] Λαγὸς, *Accuſativ.* Plur. *Doric.* 2. Declin. Simplicium pro λαγῶς, per *Syſtolen* : λαγὼς autem pro λαγȣ̀ς, per *Metalepſin* Doricam mutando ȣ in ω, ut in *Genitivo* ſingulari. Exempla hujuſmodi apud *Theocritum* extant plurima. *Idyll.* α΄. verſ. 90. pag. 121, Καὶ τὺ δ', ἐπεὶ κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελῶντι, pro παρθένȣς. & *Idyll.* ἑ. 84,

Πλὰν δύω τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω,

pro διδυματόκȣς. & *Idyll.* eodem verſu 106,

Χ' ἁμῖν ἐστι κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχι,

pro λύκους. Multiſque aliis in locis.

304. --ὑπαλύξαι] γρ. ἀπαλύξαι.

324. Δίφρου ἐπιμβεβαώς] ſuprà ver. 195, legitur Δίφρῳ ἐμβεβαώς.

326. Καί σφεας φωνήσασ'] Sic videtur legiſſe interpres. *Stephanus* legit θαρσύνουσ', & adſcribit in margine φωνήσασ'.

330. Ἄλλο δέ σοί τι ἔπος ἐρέω, μέγα φέρτατε λαῶν. Producta eſt ος ſyllaba brevis, in *Penthemimeri*, vi finalis ς. γρ.

Ἄλλο δέ τοι ἔπος ἐξερέω, μέγα φέρτατε λαῶν.

Et ſic verſus eſt ἀπαθής.

333. ---ἐπιόντα δοκεύσας] γρ. ἐπὶ νῶτα δοκεύσας.

336. Αὐτὸς δ' ἀναχωρήσασθ', ἐπεὶ οὔ νύ τοι αἴσιμόν ἐστι. Sic legit *Melanchthon*. *Stephanus* legit ἀναχάσσασθαι.

340. Ἐσσυμένως. Τότε δή ῥα διόγνητος Ἰόλαος· ος in διόγνητος, ſequente vocali, producitur in *Enneemimeri*, ut ſuprà verſ. 102,

---ἀμώμητος Ἰόλαος· & verſ. 323, κρατερὸς Ἰόλαος.

344. ---πεισονάχιζε] γρ. πεισινάχησε.

364. Παντὶ μένος σπεύδων, διὰ δὲ μέγα σάκος ἄραξα.

Hic δὲ in *Hephthemimeri*, ſequente liquidâ μ, producitur; ut apud *Apollonium* in Argon. α'. 670.

Βάκτρῳ ἐρειδομένη· περὶ δὲ μέλεαν ἀγορῶσαι. & 1191,

Ἀχθομένην ὄζοις, οὐδὲ μέγα τηλεθόωσαν. & γ'. 1209.

Πῦρ ὑπένερθεν ἱεὶς· ἐπὶ δὲ μιγάδας χέε λοιβάς.

σάκος] ſic legit *Philipp. Melanchthon*, Περισπωμένως, producendæ vocalis ancipitis gratiâ, cùm aliàs corripiatur, ut verſ. præcedente, Οὔτε μὲν σάκος. *Steph.* legit σάκος, Παροξυτόνως, præter analogiam *Proſodiæ*, ſtante verſu. Sed & hæc ſcriptura defendi poteſt, *cùm* (teſte *Euſtathio* in verſ. 172, Iliad. γ'. & 208, Iliad. μ'.) ὀξεῖα τάσις ſit ἐκτατική, *accentus acutus vim habeat producendæ ſyllabæ brevis.* Hîc obiter obſervandum, poëtas ſæpe accentus vocalium ancipitum pro determinatâ quantitate mutare.

Nam exigente metro, περισπώμενα μακροκατάληκτα faciunt interdum ὀξύτονα βραχυκατάληκτα· ut ἡμίν, ὑμίν, pro ἡμῖν & ὑμῖν. Et παροξύτονα βραχυπαράληκτα faciunt περισπώμενα μακροπαράληκτα· ut ἶσον pro ἴσον, apud *Theogn.* 106,

Ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.

apud *Heſiodum* Oper. β'. 325,

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

apud *Homerum* Iliad. α'. 187,

Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην. Nam apud πεζολέκτας, ſive proſæ ſcriptores, ſæpiùs ſcribitur παροξυτόνως. Imò *Euſtathius* in verſ. 441. Iliad. ε,

Ἶσ

ᵛἼσ' ἔπειτα φρονέειν — hæc habet, "Ομηρος μὲ ἐν τῇ ΐνι τῶν ἀρχομένων τοῦ ἴσος, οἱ δὲ τεχνικοὶ συστέλλουσιν.

Sic ᵛἌρες pro "Ἄρες Iliad. έ verſ. 31, & 435,

ᵛἌρες "Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

quamvis & hujus διαφορήσεως ſupra ratio reddita eſt, in *Oper. α'.* verſ. 370.

Sic etiam σῦκος pro σύκος. Quamvis diſſimulare non debeo infra verſ. 461, legi σύκος, Παροξυτόνως· ſive id factum ſit imprudente me, ſive ſententiâ mutatâ, cùm incidiſſem in locum illum *Euſtathii*, ubi obſervat accentum acutum ſanare ſyllabam brevem. Sed quicquid fuerit, factum eſſe ingenuè profitendum fuit. Nec tamen, uti dixi, non agnoſco utramque ſcripturam defendi poſſe per analogiam in utroque genere.

Mutant porro aut transferunt accentus poetæ, Dores præſertim multis aliis modis, factâ tamen plerunque priùs *Syſtole* aut *Ectaſi*: de quibus infrà, ſiquis locus acciderit.

369. Τῷ ἐπιπειθόμενος ἔχομεν ἐρυσάρματας ἵππους.

*Homer* Iliad. ό. 354.

Πάντες ὁμοκλήσαντες ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους.

Verſus prior eſt τετραπαθής· nam λαγαρότητα bis patitur; nempe in *Penthemim.* & *Hephthemim.* quæ tamen ſanatur à ſequente ς, aut Liquidâ. Poſterior verò in *Hephthemim.* tantùm: quæ ſanatur à finali Liquidâ. *Metaplaſmum* uterque patitur in ἐρυσάρματας, mutatâ terminatione *tertiæ Simpl.* in terminationem *quintæ*, teſte *Euſtathio* in verſ. 370. Iliad. π'.

Πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι·

ubi hæc habet Τὸ δὲ ἘΡΥΣΑΡΜΑΤΕΣ μεταπλασμὸν ἔχει· ἅρμα γὰρ ἅρματος, ὅθεν ὁ ἐρυσάρματος, καὶ πληθυντικὸν, οἱ ἐρυσάρματοι· ἀφ' οὗ μετεπλάσθη τὸ ἐρυσάρματες. & *Etymolog.* col. 105. lin. 50. in ἈΝΕΙ'ΜΩΝ, ἐρυσάρματοι, ἐρυσάρματες, Μεταπλασμός.

377. —ταννύρριζοι] *Steph.* legit τανύρροιζοι. *Trincavelus* legit τανύρρυζοι. Erratum eſſe in Editione *Trincaveli*, quæ in penult. υ habet, necnon in Editione *Stephani*, quæ οι, ſatis vel illud indicat, quòd ipſe *Steph.* in THESAURO lectionem noſtram agnoſcat per ι, ubi in ΤΑΝΥ''ΡΡΙΖΟΣ citat hunc ipſum *Heſiodi* verſum, Αἴγειροί τε τανύρριζοι. Sed (quod ſæpe in aliis monui) erroris occaſio hinc orta eſt, quòd οι & υ, (addo etiam η & ει) ſono, apud poſteriores & hodiernos etiamnum Græcos, ab ι nihil differant.

390. —ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

Idem *Hemiſtichion* extat apud *Homer.* Iliad. α. 104. de *Agamemnone.*



ὄσσε

ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.

ὄσσε] De hujus dictionis Paſſione diverſum eſt doctorum judicium. Sunt qui ducunt ab ὄσσος Neutro, ἀφαιρέσει τοῦ ἑνὸς σ in Duali, ſecundum Etymolog. Vel κατὰ συγκοπὴν, ἢ ἀποκοπὴν, ſecundum Euſtathium in hunc Homeri verſum. Alii metri cauſâ per Metaplaſmum factum volunt ab ὄσσω, Nominat. Duali ab ὄσσος Maſculino teſte eodem Euſtathio: Cujus verba non gravabor in medium proferre. ὌΣΣΕ κλίνεται κατὰ μὲν τινας ἀπὸ τοῦ ὄσσος οὐδετέρου ὀνόματος, οὗ εὐθεῖα τῶν δυϊκῶν ὄσσεε, καὶ κατ' ἀποκοπὴν, ἢ συγκοπὴν, ὄσσε. Ἕτεροι δέ φασιν οὕτως, ἀπὸ τοῦ ὄσσος ἀρσενικοῦ κατὰ μεταπλασμὸν, ὄσσε· ἤγουν κατὰ μεταποίησιν τοῦ ω τελικοῦ τῆς εὐθείας τῶν δυϊκῶν εἰς τὸ ε. Ego Euſtathii & poſteriorum judicium ſequor, & Metaplaſmum potiùs hîc agnoſco, quàm Syncopen, aut Apocopen, cùm apud Euripidem, teſte Euſtathio, legatur ὄσσων, & aliàs ὄσσοις, & ὄσσοισιν, ab ὄσσος ὁ nuſquam verò ὀσσέων, ὧν, aut ὄσσεσι. Vide Euſtathium, pag. 328. lin. 20. Iliad. γ'. in verſ. 427. ubi hæc habet, Τὸ δὲ ὌΣΣΕ ὅτι διφορεῖται κατὰ γένος, προδεδήλωται· νυνὶ δὲ, ἀρσενικοῦ ἐστὶ, &c.

193. —ἠχέτα τέττιξ] pro ἠχέτης, metri causâ abjecto ς, & mutato η in α breve, more Macedonum: ut ſuprà Oper. β'. verſ. 100. & ſuprà in Scut. verſ. 216, ἱππότα Περσεύς. Utuntur autem poëtæ interdum hoc Nominativo Macedonico pro communi, nullâ metri neceſſitate coacti, ut Oper. α. 427. & (apud Homerum) Il. ε. 265, εὐρύοπα Ζεύς. Oper. α. 104. & (apud Homerum) Il. α. 175, μητίετα Ζεύς & infrà in Theogonia, verſ. 558. & (apud Homerum) Il. α. 511, νεφεληγερέτα Ζεύς, pro εὐρυόπης, μητιέτης, νεφεληγερέτης· fortè propter κακοφωνίαν τοῦ ς ante τὸ ζ'.

402. Ὡς δὲ λέοντε δύο ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο. Verſus eſt λαγαρός. Sed videtur quodam modo ſanari (in Penthemimeri) ο ſyllaba brevis à præcedente Acuto διὰ τὴν προκειμένην ὀξεῖαν, ut docet Euſtathius in φίλε (in Hephthemimeri) in verſ. 172, Il. γ'.

405. Ἡδ' ὥστ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες.] Sic videtur legiſſe interpres. Stephanus legit, Οἱ δ'—

409. —ἀπαλήσατο] Sic interpres: Stephanus legit ἀπαλῆσαι.

411. Ἐσσυμένως οἱ ἀμφὶ μάχην δηιοτῆτα ἔθεντο. Stephanus legit δέ οἱ. Sed redundare videtur δέ, ſi ſenſum reſpicias, cùm præcedat particula δὲ verſ. proximo, Apoſtrophum quidem paſſa, quamvis per metrum ſtare poteſt, ἀμφὶ Prapoſitio cum ſuo Pronomini

*mini* poſtpoſita accentum ſuum hîc retinet, cùm ſit è numero τῶν Τειχεόντων.

425. ἐπόντα] γϱ. πϱοσιόντα.

431. Οὐϱῇ μασίζων] Sic legendum cenſeo: nam ſæpe apud *Homerum* legitur μάστιξε à μασίζω. *Stephanus* hîc legit μασιόων. In THESAURO verò citat hunc ipſum verſum, & legit μαστιγόων, γϱ. μαστιχόων, teſte etiam *Stephano*. Si μαστιόων legatur, credo *Ecthlipſin* pati τοῦ γ, pro μαστιγόων, metri gratiâ. Si μαστιγόων, (ut in THESAURO) agnoſcenda eſt Συνίζησις ſyllabarum -όων ut in βοῶν infià in *Theogn.* verſ. 983,

Βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων ἀμφιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.

Nam μαστιγόων antepenultimam producit, cùm deſcendat à μάστιξ producente penultimam *Genitivi* μάστιγος ſemper apud *Homerum*. Hîc tamen diſſimulare non debeo (Iliad. ψ'. 500.) Μάστιγι] βϱαχυπαϱάληκτον,

Μάστιγι δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδὸν· οἱ δέ οἱ ἵπποι.

Quanquam fortaſſe legendum hîc μάστϊ, ſive pro μάστιγι per *Ecthlipſin* τοῦ γ, ſive à *Nominativo* μάστις *Secund. Contr.* nullâ factâ contractione. Imò ipſe *Euſtathius* in hunc verſum aliam lectionem agnoſcit, nempe μάστι *Dat.* per *Craſin*, pro μάστϊ, ut μήτι pro μήτϊ. Poſtrema verò lectio μαστιχόων mihi neutiquam placet, ut quæ per χ mendoſè ſcribi videatur pro μαστιγόων· nam in literis facilis eſt error.

Apud *Homer.* Iliad. υ'. 171, legitur Μαστίεται, in re planè ſimili,

Οὐϱῇ δὲ πλευϱάς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέϱωθεν
Μαστίεται. & Iliad. ϱ'. 622, Μάστιε,
Μάστιε νῦν, εἵως κε θοὰς ἐπὶ νῆας ἵκηαι,

pro Μάστιζε, metri causâ expuncto ζ. (ut & in μαστίεται pro communi μαστίζεται) teſte *Euſtathio* in hunc ipſum verſum, ubi hæc habet, Ὅτι οὐ μόνον μαστίζω κοινῶς, ἀλλὰ καὶ μαστίω ποιητικῶς, ἐξ οὗ καὶ τὸ Μάστιε νῦν, ἤγουν μάστιζε, unde μαστίετην *Heſiod.* infrà verſ. 466. Rectè igitur mihi videor hoc in loco repoſuiſſe μαστίζων, dum lego

Οὐϱῇ μαστίζων] non μαστιόων, μαστιγόων, aut μαστιχόων.

437. Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ μεγάλου πέτϱης πϱηῶνος ὀϱοῦσα.

*Stephanus* legit ἀπαί. Sed quid opus eſt hâc productione ultimæ ſyllabæ *Præpoſitionis*? Satis conſtabit verſus, *Præpoſitione* nihil paſſâ. Sanatur enim ſyllaba brevis in *Triemimeri* à ſequente *Liquida*. Exempla hujuſmodi ubique occurrunt, ut in *Theogon.* 195,

 ἀπό.]

ὑπό.] Ποσσὶν ὕπο ῥαδινοῖσιν ἀέξατο. τὴν δ' Ἀφροδίτην.

ἐπί.] Σώζετ' ἐπὶ ῥεεθέεσσι; τί μοι τόσον ὤνησαι; apud *Moſch.* Idyll. δ'. verſ. 3.

ἐνί.] Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν, Ἀπαμείης πτολίεθρον, apud *Dionyſ.* verſ. 918, *De ſitu Orbis.*

διά.] Ἀλλὰ διὰ νεφέων ἄφνω πύλας ἀΐσσουσι, apud *Apoll.* in *Argon.* β'. 187.

παρά.] Λοξὰ παρὰ λιπαρὴν χομβὴν θηεῖτο καλύπτρην, *Argon.* γ'. 445. & (ut reliquas *Præpoſitiones*, ut & particulas δέ, κέ, γέ, τέ, &c. taceam) *Argon.* γ'. 534,

ἀπό.] Τῆς μὲν ἀπὸ μεγάροιο κατὰ στίβον ἐνθάδ' ἰόντες.

En exemplum huic noſtro [Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ μεγ—] per omnia ſimillimum!

441. Τόσσῃ ὁ μὲν ἰαχῇ βρισάρματος οὖλος Ἄρης.

ut in Obſervatione proximè præcedente μ initiale σ præcedentis finale in *Triemimeri* producebat: ſimili modo & hîc ν finale ε vocalem brevem præcedentem producit. Sic apud *Apoll.* *Argon.* γ'. 137,

Χρύσεα μέν οἱ κύκλα τετεύχαται, ἀμφὶ δ' ἑκάστῳ,

Et apud *Theocr.* Idyll. α'. verſ. 86. Βούτας μὲν ἐλέγευ] Sic κέν, γάρ, &c. à Liq. terminat—ut in *Theogon.* verſ. 56,

Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο] & *Scut.* 69.

Αὐτὸς γάρ οἱ [& 20, Ὡς γάρ οἱ] extra *Cæſuram*; & apud *Dionyſ.* De ſitu Orbis, verſ. 885,

Ἦ τάχα κεν ἄλλοισιν ἐπισταμένως ἀγορεύοις.

Vid. plur. in Obſervat. in *Scut.* verſ. 20, & 69.

451. Ἀλλὰ μέγα ἰάχων, φλογὶ εἴκελα τεύχεα πάλλων.

In hoc verſu eſt λαγαρότης quædam: ſed ſanatur in *Triemimeri* τῇ προσκειμένῃ ὀξείᾳ, καὶ τῷ ἐπιφερομένῳ φωνήεντι, ut cum *Euſtat.* loquar in cauſa non diſſimili. Poeta hic τεχνικῶς hiatum affectat, quem alias vitâſſet, & ut intendat clamorem, & magno quaſi majorem efficiat, ſyllabam brevem pleno hiatu extendit: in hoc imitatus poëtarum principem, Il. ρ'. verſ. 213,

Βῆ ῥα μέγα ἰάχων· ἰνδάλλετο δέ σφισι πᾶσι,

455. Ἐν σάκει μεγάλῳ] ſanatur hujus verſ. λαγαρότης à ſequente Liq. ut ſuprà verſ. 437.

457. — εἶλεν· ἐρυσσάμενος] γρ. ἔχεν· ὀρεξάμενος.

458. Ἔσσυτ' ἐφ' Ἡρακλῆϊ κρατερόφρονι· τὸν δ' ἐπιόντα.

Hic verſus prominentem quaſi ventrem habet, & indè dicitur Προκοίλιος. Sed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum ηϊ in Ἡρακλῆϊ, ut ηϊ in ἠϊόσιν, apud *Dionyſ.* De ſitu Orbis, verſ. 575,

Οὐχ οὕτω Θρήϊκος ἐπ' ἠϊόσιν Ἀψύνθοιο (niſi forte hîc

rectiùs

rectiùs ſcribendum ἤοσι per *Synæreſin*, aut dicendum ἠϊόσιν pedem eſſe *Proceleuſmaticum*, aut ϊο ſyllabas per Συνίζησιν abſorptas eſſe in unam ſyllabam eámque brevem) & apud *Theognid.* verſ. 552. ηϊ in Δηΐων,

Δηΐων γὰρ σφ' ἀνδρῶν ἀντιάσειν δοκέω.

Niſi fortè quis dixerit hic in Δηΐων *Enallagen* eſſe *Dactyli inverſi*, ſive *Antipaſti* pro *Dactylo*, ut & in χλῆϊ κρέατε-*Pedis Proceleuſmatici* pro *Dactylo*.

461. Οὕτως ἐπικρατέως· διὰ δὲ μέγα σάκ⊙ ἄραξε.

Hic verſus eſt διπαθὴς λαγαροειδῶς, nempe in priori quarti pedis & quinti; ſed ſanatur utrobique ab accentu & litera ſequente *Anadiplaſiaſmi* capace; ut obſervat in multis *Euſtathius* Vid. ſuprà verſ. 364.

466. Ἵππους μαστίετην, ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.

Μαστίετην] à μαστίω verbo Poetico pro μαστίζω per *Ecthlipſin* τοῦ ζ'. de quo vide plur. in verſ. 431, ἵκοντο] hic primam producit, at verſ. 469, corripit. Quamobrem? Quia (quod tyronum gratiâ obſervatum volui) Poëtæ, ut pro arbitrio Augmenta Temporum aut obſervant aut negligunt: Sic etiam in Temporibus quæ Augmentum accipiunt, vocales ancipites Thematis initiales ι & υ (nam α communiter mutatur in η, ut in Augmentis præceptum eſt) breves in Præſenti, producunt aut corripiunt in Præteritis & Aoriſt. (niſi regula generalis prohibeat) pro arbitrio & metri neceſſitate.

467. Υἱὸς δ' Ἀλκμήνης καὶ κυδάλιμ⊙ Ἰόλα⊙.

De Paſſione hujus verſus, vid. ſupr. Obſervat. in verſ. 102.

473. Οἱ ῥ' ἐγγὺς ναῖον πόλιας κλειτοῦ βασιλῆ⊙.

Sic videtur legiſſe interpres, i.e. τὰς ἐγγὺς οὔσας, nempe Ἄνθην, Μυρμιδόνων τε πόλιν, &c. *Stephanus* legit ἐγγὺς πόλι⊙, i.e. τῆς πόλεως τῆς Τρηχῖν⊙ πλησίον, ut interpretatur *Joannes Diaconus* in Scholiis.

---

# In HESIODI *Theogoniam*.

VERS. 5. Τερμησσοῖο] Sic interpres, *Stephanus* legit Περμησσοῖο, & adſcribit in margine Τερμησσοῖο.

6. Ἢ ἵππου κρήνης] Sic *Trincavelus*, & interpres. *Stephanus* legit Ἱππουκρήνης, & adſcribit in margine ἵππου κρήνης.

9. —ἠέρι πολλῷ] γρ. πολλῇ.

12. Ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαυῖαν.

Hic

Hic verſus eſt προκοίλιος· ſed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum εοι, ut apud *Homer.* Il. ι. 666.

Τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις υἷες Ἀχαιῶν.

15. Ἠδὲ Ποσειδάωνα γαιήοχον, ἐννοσίγαιον.

Obſervand. *diphthongum* αι in γαιήοχον, ut & alias *diphthongos* in medio dictionum ſequente *vocali*, aut *diphthongo* interdum ſed rariùs corripi: ut αι in γεραιοὺς apud *Tyrtæum*, infrà p. 441. in δ'. verſ. 20.

Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

Verſus eſt *Pentameter*.

οι] in ποιησεῖς apud *Theocritum* infrà pag. 133. Idyll. γ'. verſ. 9.

Νύμφα, καὶ προγένειος; Ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

ει] in Εὐηρείδα pag. 239. Idyll. κδ'. verſ. 70.

Μάντι Εὐηρείδα μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.

ει] in ἐπειή, apud *Homer.* Il. α. 156.

Καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξύ.

18 Ἠῶ] περισπωμένως. At Λητὼ] verſ. ſeq. ὀξυτόνως· Cur diverſo accentu ſignentur vid. ſup. Obſervat. in verſ. 322, *Oper.* α'. *Stephanus* hîc legit Ἠὼ, Λητώ] ὀξυτόνως· alias tamen legit ἠῶ] περισπωμένως.

32. Θεῖμαι, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

*Trincavelus* legit ὥστε κλύοιμι. Et Scholiaſtes ſic exponit, παρὰ τῶν Μουσῶν, φησὶν, ἀκούων μανθάνω τά τε ἐσόμενα, &c. Magis tamen mihi placet prior lectio κλείοιμι (quam & interpres ſecutus eſt) propterea quòd verſu præcedente vocis inſpiratæ mentiò facta ſit, quâ poſſet poëta celebrare futura & præterita. *Stephanus* verò cum *Trincavelo* legit ὥστε κλύοιμι. Sed addit in Annotationibus: *Magis placeret hæc lectio* ἵνα κλείοιμι, *ſi cum ea ſtare poſſet verſus, quòd habeamus paulò pòſt* (verſ. 44.)

Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ, &c.

*Quid ſi verò, ut ſtet verſus,* ὡς κλείοιμι *legamus?* Miror *Stephanum* tam ſollicitum eſſe de hujus metri ratione, ſi legatur ἵνα κλείοιμι· nam poteſt defendi utraque lectio, ſive legamus ὥστε κλείοιμι, ſive ἵνα κλείοιμι, ſi dicamus κλει- in κλείοιμι eſſe ſyllabam communem adeóque ſecundum pedem eſſe *Dactylum*. Eſto igitur, inquiet non nemo, ὥστε κλείοιμι· at ἵνα κλείοιμι cum verſu ſtare non poteſt, nam ἵνα eſt βραχυπαράληκτον· Imò poteſt: nam, Conceſſo quòd penultimam ſæpe correptâ habeat; cùm tamen ſit vocalis anceps, cùm ſit δασυνόμενον καὶ ὀξυτονού-μ[illegible], cúm denique *Liquidam* habeat ſequentem, produci poteſt. Exempla productæ vocalis ancipitis (ſæpiùs correptæ) &

brevis

brevis etiam productæ interdum ante ſolam Liquidam, ubique occurrunt. E multis unum proferam, ubi ἄρα primam producit, *Oper.* α. verſ. 370.

Πίστις δ᾽ ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Ecce exemplum vocalis ancipitis (aliàs ſæpius correptæ) hic vi *Accentûs* acuti, & ſequentis *Liquidæ* productæ in eadem verſûs ſede, nempe in priore pedis ſecundi. *Vid.* plur. de hac re in Obſerv. in hunc verſum.

Poteſt & hæc lectio ἵνα κλείοιμι aliàs defendi, ſi admittamus *Enallagen* pedis, nempe *Anapæſti* pro *Dactylo*, ut in ἀλέα *Oper.* β'. 111,

Πὰρ δ᾽ ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ᾽ ἀλέα λέσχην.

In quem verſum vid. Obſervationem. Poſtremò hujus διφορήσεως in κλύοιμι & κλείοιμι error fortaſſe occaſionem præbuit, aut in tranſcribendo, aut exemplaria inter ſe conferendo, propter ſimilitudinem pronunciationis *Vocalis* υ, & *Diphthongi* ει· ut obſervatum eſt aliàs, & ſuprà *Scut.* 377, in πανύρριζοι, pro quo in ſuperioribus Editionibus legitur τανύρρυζοι, & τανύρροιζοι.

41. -- θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ] *Trincavelus* legit θεῶν] κοινῶς. *Stephanus*, θεᾶν] Δωρικῶς forte differentiæ causâ, nam θεῶν *Genitivus* communis eſt à θεά, & θεός· θεᾶν verò à θεά, tantùm.

43. Δώματά τ᾽ ἀθανάτων] In Editione *Trincaveli* per incuriam legitur Δώματ᾽ ἀθανάτων· *Stephanus*, habitâ metri ratione, legit Δώματα ἀθανάτων. Sed ſic aſper eſſet concurſus ejuſdem vocalis in fine præcedentis & principio ſequentis. Ego verò hiatûs aſperi tollendi gratiâ particulam τ᾽ *Apoſtrophum* paſſim reponendam cenſui: præſertim cùm interpres agnoſcat, dum vertit *Domûſque cælitum*; & porro cùm poëtis in uſu ſit ἓν διὰ δυοῖν exprimere ἐξηγητικῶς. Nec eſt prorſus minùs probabile in Editione *Trincaveli* Δώματ᾽ pro Δώματά τ᾽ legi, per incuriam Typographi deficiente τὰ, & ſequente τ᾽ ſine interjecto *Diaſtemate*: quod ut ſuſpicarer ità factum, vel *Apoſtrophus* me movit.

44. Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ.

Hic verſus dicitur Περικέφαλος, ſive μακροκέφαλος, redundante quaſi in principio ſyllabâ. Sed ſanatur hoc πάθος per Συνίζησιν ſyllabarum -εῶν, ut infrà apud *Theognidem* in verſu δολιχήρῳ, qui & idem eſt μακροκέφαλος, redundante quaſi ſyllabâ & in principio & fine,

Θεοῖς εὔχου, οἷς ἔπι μέγα κράτος· οὔ τι ἄτερ θεῶν,

pag. 355. verſ. 171. & apud *Solonem*, pag. 423. verſ. 3,

Ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων.

45 -- ἐπ-

45. —ἔπηκτον] Sic lego, ſecutus interpretem. *Stephanus* legit in *Singulari* ἔπηκτιν.

48. Ἀρχόμεναι δ᾽ ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ᾽ ἀοιδῆς.

γρ. λήγουσι. Minùs aptè, ſi ſenſum reſpicias. At quî conſtabit verſus, inquies, ſi legatur λήγουσαί τ᾽ ἀοιδῆς. Dubitat *Stephanus*. *Gretſerus* (de ſyllabarum dimenſione pag. 17,) *Langius* (in Epitome Proſodiæ Græcæ, pag. 409.) *Bailius* (de ſyllabarum quantitate apud *Scotum*, pag. 889.) & *Golius* (de Proſodia, pag. 21.) tradunt in genere *Diphthongos* poſſe corripi, etiam ſequente conſonante. *Caſaubonus* (in Obſervationibus in Idyll. ιζ΄. *Theocriti*) fatetur αι & οι *Diphthongos*, non in accentuum ratione ſolùm, ſed etiam in re metrica corripi poſſe: de reliquis negat. Exempla quarundam diphthongorum ante conſonantes correptarum, tyronum gratiâ, non gravabor hîc ſubjungere. Ει ante κ & δ᾽ *Oper.* α΄. 310. & β΄. 258. ſecundùm *Trincaveli* Editionem,

Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ᾽ ἀεργός.
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει δ᾽ ἀργαλέῃ, οὐδέποτ᾽ ἐσθλῇ.

Ego tamen *Stephani* exemplar mihi propoſitum ſecutus lego —ζηλώσει ἀεργὸς, & —θέρει ἀργαλέῃ.—

υ ante δ, apud *Dionyſ.* de ſitu Orbis, verſ. 644.

Ἐκ τοῦ δ᾽ ἀπειρέσιοι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέουσι.

Sic legit *Stephanus* in Editione Heroicorum Poëtarum, Anno 1566. Et apud *Pythagoram* (ut legunt quidam) v. 3,

Τοὺς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

Sed hîc etiam ſecutus *Stephanum* lego σέβε.

υ in medio ante λ, apud *Homerum* Odyſſ. π΄. 387,

Εἰ δ᾽ ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βούλεσθε.

Sed hic aut cum *Bailio* dicendum τὸ λ in dimenſione prorſus liqueſcere, ut nulla omnino illius ratio habeatur: aut legendum fortè βόλεσθε per *Ellipſin* Subjunctivæ vocalis, ut in *volo* quod inde dictum eſt, accidit; & in *Syracoſius*, à Συρακούσιος, apud *Virgil.* Eclog. 6. 1.

*Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu.*

οι ante ι, Iliad. θ΄. 225.

Ἠδ᾽ ἐπ᾽ Ἀχιλλῆος, τοί ῥ᾽ ἔσχατοι νῆας ἐίσας.

Sed hic obſervandum, υ ſequens liqueſcere. γρ. ἔσχατα. Vide plura exempla apud *Caſaubonum*.

αι ante δ, ι. 395,

Πολλαὶ δ᾽ Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν᾽ Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

αι ante φ. Iliad. ι. 414,

Εἰ δέ κεν οἴκαδ᾽ ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Quod

Quod ad me attinet, Ut neque iis aſſentior qui docent particulas integras δ', τέ, κέ, γέ, μὲν, γάρ, &c. particulas, inquam, integras, ſequente etiam conſonante, in dimenſione pedum negligi interdum, ut in *Oper. ά.* verſ. 5,

μὲν. Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

& in β'. 265,

δ'. Βύλεαι δὲ χεῖρά τε περιφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ. De quibus ſuprà ſuis locis dictum eſt.

Sic neque ab iis plane diſſentio (quod pace *Caſauboni* viri doctiſſimi mihi liceat) modò velint ſuam regulam de particulis *Apoſtrophum* paſſis intelligi, & non de integris. Et ſic nullus locus relictus eſt particulis in conſonantem deſinentibus: niſi fortè quis velit ſic excuſare, quòd liqueſcant planè ν, ρ, ς, in fine ejuſmodi particularum.

Quamobrem, Excepto quòd mihi *Stephani* exemplar ſequendum fuit, lubens retinuiſſem particulas κ' & δ' poſt ει in ſuperioribus exemplis: Nam apud *Homer.* Iliad. ψ'. verſ. 750. (qui verſus à *Grammaticis* citatur) in Editione *Frobeniana* legitur ω diphthongus correpta ante δ'. *Stephanus* verò expungit δ', ſed in margine lectionem agnoſcit,

Δευτέρῳ δ' αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ.

Imò *Euſtathius* in Scholiis ſic, exponendo, repetit, τῷ δευτέρῳ δὲ, &c. Et hujus particulæ vim etiam interpres retinet. Poſtremò, (nè ad tædium) eo animo ſum ut exiſtimem Poëtas in adductis exemplis & aliàs conſultò interjeciſſe particulas *Apoſtrophum* paſſas διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν φωνηέντων, hiatûs aſperi vitandi gratiâ, ut docet *Etymol.* in ἐγὼν, in verſum Il. γ'. 188,

Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην.

ubi hæc habentur, Ὁ ποιητὴς, ἐκκλίνων τὴν χασμῳδίαν τῶν φωνηέντων, εἶπε τὸ ἐγὼν μετὰ τοῦ ν. Et *Euſtathius* in verſ. 76. Il. ά. Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω] Ὅτι τὸ Ἐγὼ, συμφώνου μὲν ἐπιφερομένου, ἀπερίσπαστόν ἐστι τοῦ ν· φωνήεντος δὲ ἐπαγομένου, ἐφέλκεται τὸ ν παρὰ τῷ ποιητῇ. Summa huc redit: ut χασμῳδίας vitandæ gratiâ ſcribitur ἐγὼν ἐπίκουρος, & ἐγὼν ἐρέω, non ἐγώ. ſic—ζηλώσει κ' ἀεργὸς, - θῆρες δ' ἀργαλέη - - Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες - - Δευτέρῳ δ' αὖ· non ει α, αι α, ω αυ, propter aſperam vocalium & diphthongorum ἐπαλληλίαν.

49. Ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν, κάρτεϊ τε μέγιστος.

κάρτει] Sic legit *Phil. Melanchthon*, per *Metathesin* & *Synæresin*, metri ſervandi gratiâ, *Stephanus* legit κράτεϊ τε] formâ *Ionicâ* & incontractâ; ut & *Trincavelus* etiam. Quæ lectio ſi admit-

admittatur verſus erit λαγαρός· ſed & ſic etiam ſanari poteſt in *Ennemimeri*, per Accentum acutum, & literam ſequentem *Anadiplaſiaſmi* ſuâ naturâ capacem.

56. Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεύς. De producta particula γάρ ſequente οἱ, vide Obſervat. in verſum 69, *Scut.* in *Triemimeri*: & in verſ. 20, *Scut.* extra *Cæſuram* in carmine μακροκέφαλῳ.

60. Ἡδ᾽ ἔτεκ᾽ ἐννέα κούρας ὁμόφρονας, ᾗσιν ἀοιδή. De *Syſtole* in κούρας, & accentu mutato propter ultimam correptam, Conſule Obſervat. in verſ. 182, *Oper.* Ϛ'.

71. Νιοσομένων. *Trincavel.* Νυοσ. *Steph.* Νεισ. Erratum eſt in utriuſque Editione, occaſione vitioſæ pronunciationis.

79. Καλλιόπη δ᾽ ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. Hic verſus eſt δολιχουρος ſive μακροσκελής. Sed ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum —έων, ut in αὐτέων ſuprà in *Scut.* verſ. 237. & infrà *Theogon.* verſ. 361, ἁπασέων. Apud *Dionyſ.* De ſitu orbis, πασέων, verſ. 619, & apud *Apollon. Argon.* δ'. verſ. 1132, μελισσέων. Exempla hæc omnia ejuſdem ſunt Declinationis, & eundem in verſu locum occupant.

91. Ἐρχόμενον δ᾽ ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς ἱλάσκονται. Verſus hic eſt ἀσπαθής, nempe λαγαρὸς καὶ σπονδειακός. Quales ſunt illi apud *Homerum*:

Οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὣς τιμήσουσιν. Il. ί. verſ. 155,
Οἳ δή μιν περὶ κῆρι θεὸν ὣς τιμήσαντο. Od. τ'. 280.

Horum verſuum λαγαρότης ſanatur multis modis: & quòd θεὸν in *Hephthem. Emphaſin* habeat, & quòd *Oxytonon* ſit, & quòd in *Liquidam* deſinat, & quòd ſequens ſit δισύλλαβον.

Verſus autem HESIODICI *Podiſmus* majeſtatem præ ſe multam fert: Nam prioris *Hemiſtichii* celeritas compenſatur poſterioris tarditate. Illud enim ex tribus *Dactylis* conſtat; hoc verò ex tribus *Spondæis*, ſanato quarto pede, ut dictum eſt.

93. Τοίη Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισι, Sic videtur legiſſe interpres, Ἐμφωνηματικῶς πῶς *Stephanus* legit, Οἷα τοι. *Trincavel.* Οἷά τοι, fortè pro τι.

130. Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν᾽ οὔρεα βησσήεντα.
Hic verſus eſt, ut ità loquar, ὑδροκέφαλος, caput habens præter metrum fluidum, propter *Dialyſin* Ionicam, & plus æquo tumidum: Sed ſanatur per Συνίζησιν inter pronunciandum, duabus ſyllabis [-έων] in unam quaſi ſyllabam coaleſcentibus; ut infrà verſ. 82°,

Πασέων δ᾽ ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.

Qui verſus eſt etiam ὑδρωπικός, ſive προκοίλιος: Sed ſanandi ratio

ratio eadem eſt atque prior. Tales ſunt illi verſus *Virgiliani*, nempe *μακρεκέφαλοι*, ſive, uti dixi, *ὑδρεκέφαλοι*, *Eclog.* 8. 81,

*Uno eodémque igni: ſic noſtro Daphnis amore.*

& *Æneid.* 12. 847,

*Uno eodémque tulit partu, paribúſque revinxit*

*Serpentem ſpiris*--ubi poſt factam *Synalœpham* ſive *Ecthlipſin* ſyllabæ *eo* in *eodem* per Συνίζησιν in unam ſyllabam abſorbentur.

135. Θεῖαν τε, Ῥεῖαν τε, Θέμιν τε, Μνημοσύνην τε.

Hic obſervandum, verſus πολυσυνδέτους ſæpe λαγαρότητα pati in *Triemimeri*, præſertim verò in τὲ Enclitica particula producta utcunque, ut *què* apud Latinos. *Vid.* infrà verſ. 340, & 341, & 905,

Φᾶσίν τε, Ῥῆσόν τ', Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην.

Νέσσον τε, Ῥοδίον θ', Ἁλιάκμονα θ', Ἑπτάπορόν τε.

Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, καὶ Ἄτροπον, αἵτε διδοῦσι.

*Virgil.* Æneid. 3, 91. 12, 363.

*Liminàque, laurúſque Dei, totúſque moveri.*

*Chloreàque, Sybarímque, Dareàque, Therſilochúmque.*

ubi *que* producitur ſequente *l* & *ſ*, ut τὲ ſuprà, ſequente λ. & ρ.

137. Τοὺς δὲ μεθ'] *Stephanus* Præpoſitionis tranſpoſitæ & *Ecthlipſin* paſſæ accentum transfert in priorem; minùs rectè: Nam nè integra quidem hoc in loco Præpoſitio ſi foret, accentum in priore haberet, propter interjectam particulam δὲ, multò minùs igitur *Ecthlipſin* paſſa. Nec tamen temerè à *Stephani* exemplari recedo: ſed *Gazæ* autoritatem ſequendam ratus, qui lib. quarto *De Construct.* pag. 56. in Compoſit. *Anaſtrophe* hæc habet, Αἱ παθοῦσαι ἔκθλιψιν τοῦ φωνήεντος οὐκ ἀναστρέφονται, εἰ μὴ στιγμὴ ἐπιφέροιτό τις, ἢ τὸ σημαινόμενον διαφθείροιτο, μὴ ἀναστρεφομένης.

138. --ἔχθηρε] *Stephanus* ſcribit per *Temporale augmentum* in initio, & per η *diphthongum* in medio. Ego verò neglecto Augmento (ut fit) retineo Thematis initialem literam, ut in ἔχθετο apud *Homerum* pro ἠχθέρετο, ab ἐχθαίρομαι Il. ϛ'. 41. & in ἄρχε pro ἦρχε. Il. γ'. 447. Quanquam, ut ingenuè fatear, ſcripturam hanc non tam laudo, quàm excuſo: Quòd verò attinet ad penultimæ *Orthographiam*, Vide Obſervat. in *Oper. & D.* verſ. 80.

140. Βρόντην τε Στερόπην τε] Βρόντην & Στερόπην, Παροξυτόνως, à Βρόντης & Στερόπης, Propriis nominibus. Βροντὴν] v. ſeq. Ὀξυτόνως à βροντὴ, Appellativo, *tonitru* ſignificante, ut & στεροπὴ, *fulgur.* χ. Βροντήν τ' Ἀστεροπήν τε.

144. Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων.
Verſus hic eſt δολίχουρος ſive μακροσκελής. De ſanandi ratione, conſule ſuprà Obſervat. in verſ. 79.

149. Κόττος τε, Βριάρεώς τε Γύγης θ' ὑπερήφανα τέκνα.
Hic verſus eſt προκοίλιος· Sed ſanatur per Συνίζησιν terminationis Atticæ in Βριάρεως, ut infrà verſ. 714. & in Βριάρεων, verſ. 817.

151. Ἄπλαστοι. γρ. Ἄπλατοι.

165. πατέρος γε] Mallem πατρός γε, ut infrà verſ. 171.

178. Πάντη· ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς ὠρέξατο χειρί.
Hîc ϊς in πάϊς in *Hephthemimeri* producitur vi finalis ς, ut in aliis ſæpe ab *Euſtathio* obſervatum eſt.

186.--δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας.
δόλιχ'] *Stephanus* poſt *Ecthlipſin* transfert accentum in antepenultimam, qui quidem eſſe deberet in penult. cùm δολιχά, nomen integrum, ſit Ὀξύτονον. Lege igitur δολίχ', ut apud *Stephanum* in *Homeri* Il. δ'. 533,

δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

196. Ἀφρογένειάν τε θεὰν, καὶ εὐστέφανον Κυθέρειαν.
& 199. Κυπρογένειαν δ', ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.
Uterque verſus eſt προκοίλιος, ventre tumens & præter metrum fluidus, & quaſi ſpumeus. Nec temere hoc factum eſt, opinor, ſed conſultò: credo enim voluiſſe hîc poëtam τεχνικῶς καὶ μετρικῶς, non ἱστορικῶς καὶ ποιητικῶς tantum, originem *Veneris* ex mari, ſive ex ſpuma, & materia fluida, deſcribere. Alioqui fortaſſe pro Κυπρογένειαν poſuiſſet Κυπρογενῆ· quo *Epitheto* uſus eſt *Hom.* in Hymn. *Veneris*, v. 1,

Κυπρογενῆ Κυθέρειαν ἀείσομαι--

Noluit tamen, opinor, propter cauſam allatam.

Utriuſq; verò verſûs pathos ſimili ratione & modo ſanatur, nempe per Συνίζησιν ſyllabarum ειαν. Quæ ſi cuiquam durior videatur; conſulat velim verſ. 5, *Oper.* α. & verſ. 80, *Oper.* β. ubi εια in Ῥεῖα, & Εἰαρι, in verſu μακροκεφάλῳ, per Συνίζησιν in unam quaſi coaleſcunt ſyllabam.

200. Ἠδὲ φιλομμειδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη. Et hic etiam verſûs deinceps ſequens (continuatâ de origine *Veneris* fictione) bis patitur ſecundùm idem metri pathos atque præcedens, ſed in locis & terminationibus diverſis Obſervandum, hic Poëtam affectâſſe hoc pathos, ut cui magis placeret *Synecphoneſis* terminationis incontractæ, quàm *Craſis* Attica. Licuit enim, libuiſſet modò, ſic πεδίζειν ſine aliqua metri paſſione,

Ἠδὲ φιλομμειδῆ, ὅτι μηδῶν ἐξεφαάνθη. Sed, ut dixi,

dixi, non placuit *Craſis* Attica. *Trincavel.* legit φιλομμειδέα.

218. Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, καὶ Ἄτροπον—] De hujus verſus paſſione dictum eſt ſuprà, verſ. 135.

220. Αἵτ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσαι·
Hîc Παραιβασίας eſt *Paroxytonon*, & Secund. Declin. *Pariſſyll.* (ut ὑπερβασίας, *Dierum* verſ. ult.) καὶ μακροκαταληκτεῖ. Si verò eſſet ſecundæ *Contract.* eſſet *Proparoxytonon*, καὶ βραχυκαταληκτήσειεν ἄν. Obſervandum hîc autem, multas Præpoſitiones διχρόνους, metri causâ, interdum aſſumpto ι, interdum verò factâ *Trope*, fieri τειχρόνους, ut ἀπὸ, ἀπαί· Iliad. λ'. 663, ὑπὸ, ὑπαί· Iliad. κ'. 376. & in Compoſit. ὑπαιδείδοικεν in *Hymn. Mercur.* verſ. 165. ἐνὶ, εἰνί· Iliad. θ'. 199. ὑπὲρ, ὑπείρ· Iliad. ψ'. 227. & in Compoſit. ὑπειρέβαλον· Iliad. ψ'. 637. κατὰ, καταί· in Compoſit. καταιβαταί, γρ. καταιβάται· Odyſſ. ν'. 110. καταιβάτης, *Argon.* β'. 353. παρὰ, παραί· *Dionyſ.* De ſitu Orbis, 565. & in Compoſit. παραίφασις, *Coluth.* in Hel. rap. 241. & *Naumach.* infrà p. 453. v. 18. παραίβασις, *Apoll. Argon.* δ'. 832.

227. Λήθην τε, Λιμόν τε, καὶ Ἄλγεα δακρυόεντα. Hic ε in *Triemimeri* producitur ante λ, ut verſ. 218.

229. Νείκεά τε, Ψευδέας τε λόγους, Ἀμφιλογίας τε. Hic verſus reſpectu metri eſt διπαθὴς, nempe προκοίλιος, & λαγαρός. Prior metri Paſſio ſanatur per Συνίζησιν ſyllabarum -έας in Ψευδέας, (ut -έα in ἀψευδέα, Accuſ. Sing. verſ. inſrà 233.) Poſterior, per *Ectaſin* finalis vocalis Præpoſitionis in compoſitione, ſequente λ. Exempla in utroque genere obſervavi plurima. -έας per Συνίζησιν quaſi in unam ſyllabam contrahitur in *Accuſat. Plur.* 2. *Declin. Simpl.* in χρυσέας ſuprà *Scut.* verſ. 188. & 5. *Decl. Simpl.* in πολέας, *Accuſ. Ion.* pro πολλοὺς, *Oper.* β. 198. & 1. *Contract.* ut hîc, Ψευδέας, &c. Et *Pronominum*, ἡμέας, Iliad. θ'. 211. & ν'. 114. ὑμέας *Apoll. Argon.* β'. 1131. & *Odyſſ.* μ'. 163. σφέας, ſuprà *Scut.* 169, &c.

*Ectaſis* verò ſyllabam brevem ſanat plerumque ſequente Liquidâ (in *Caſura* præſertim) ut in reliquis orationis partibus, ità etiam in Præpoſitionibus in vocalem brevem aut ancipitem deſinentibus: de quibus aliàs *extra Compoſitionem*: & *in Compoſitione*, ut in ſubjectis exemplis,

ἀπὸ·] Ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἐπομόσσῃ,
infrà verſ. 793.

Ἆψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα,
*Theocrit.* Idyll. κβ'. 19.

περὶ·] Στήθεά τε γλώσσῃ δὲ περιλιχμᾶτο φόνιον,
*Theocrit.* Idyll. κε'. 226.

ἐπι---] Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀπαρχαῖς τοῖς νεκύεσσι, *Phocylid.* 94.

233. Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος. Hic Συνίζησις eſt terminationis Ionicæ & incontractæ in ἀψευδέα, ut ſuprà verſ. 200. in φιλομμειδέα.

235. Οὕνεκα νημερτής τε καὶ ἤπιος οὐδὲ θεμιστέων. De ſmetri Paſſione vide verſ. ſuprà 79. θεμιστέων] Aut *Genit. Ionic.* eſt 2. *Pariſyll.* à Nominativo θεμιστή, (quod Nomen agnoſcit *Stephanus* in *Theſauro*) pro θεμιστῶν *Periſpomeno*, per *Epentheſin* τοῦ ε, ut quidam volunt, vel per *Dialyſin* τοῦ ω πελαστωμένου, ut volunt alii: Aut *Genitivus* quintæ à θέμις θέμιστος, pro communi θεμίστων *Paroxytono*, per *Epentheſin* τοῦ ε.

238. Κητώ] *Stephanus* legit Κηθώ· aut erratum potiùs eſt Typographicum.

240. μεγήρατα] ut πολυήρατον, verſ. infrà 908. & πολυήρατος, in *Hymn. Ven.* 225, & 274, ab ἐρατός. Sic videtur legiſſe interpres. *Trincavelus* legit μεγήεντα· Sed erratum eſt Typographicum. *Stephanus*, μεγήειτα· In *Theſauro* verò ſuo præfert lectionem noſtram, μεγήρατα τέκνα θεάων. *Ubi tamen ſunt*, inquit, *qui legendum exiſtiment* μεγήειτα.

243. ---Εὐκράτη] γρ. Εὐκράντη.

258. Αὐτονόμη] Sic videtur legiſſe interpres. *Stephanus* legit Αὐτονόη.

267. Ἠΰκόμους θ' Ἅρπυιας, Ἀελλώ τ', Ὠκυπέτην τε.

Ἅρπυιας] Προπαροξυτόνως, propter *Syſtolen* ultimæ, pro communi Ἁρπυίας, Παροξυτόνως. *Trincavelus* & *Heniſchius* legunt Προπαροξυτόνως quibus aſſentior. *Stephanus* verò legit Ἁρπυίας, Παροξυτόνως, minùs rectè meo quidem judicio. Imò in *Theſauro*, quem conſului hæc dum ſcribebam, citat hunc ipſum verſum, & ſcribit Ἅρπυιας, Προπαροξυτόνως. De *Syſtole* hujuſmodi 1, & 2, *Declin. Simpl.* conſule Obſervat. in verſ. 181; *Oper.* β'.

270. ---καλλιπαρήους] γρ. καλλιπάρῃον.

277. Ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρῳ.

ἀγήρῳ] *ſenio non-obnoxiæ*: Nom. Plural. 4. *Pariſyllab.* per ῳ Diphthongum, ſive ab οι per *Ectaſin* & *Synæreſin*, ſive ab αοι, ab ἀγήραοι, per *Craſin* & *Synæreſin*, ab ἀγήραος, ἀγήρως. *Trincavelus*, *Stephanus*, *Heniſchius*, & *Lectius*, legunt ἀγήρως. Quæ quidem lectio ut interpretum nulli placet: ſic ut defendi poſſe vereor, niſi dicamus Adverbium eſſe. Quæ quidem defendendi ratio mihi neutiquam placet, propter *Ellipſin* verbi *Subſtantivi*, & *Conjunctionem Copulativam*; ut nec illa defendendi ratio placet.

ret, ſiquis moliri ſic velit, ut dicat ἀγήρως eſſe *Nom. Plur.* 5. *Simplicium*, factum per *Ecthlipſin* τοῦ ν, & *Craſin Doricam*, contractis vocalibus οε vel ωε in ω, ab ἀγήρων *Sing.* ἀγήροντες *Plur.* vel, ut quidam volunt, ωντες· ἀγήροες vel ωις, ἀγήρως. Quid multa? Conſule *Stephani Theſaurum* in ἈΓΗ'ΡΟΣ, ubi citatur hoc ipſum *Hemiſtichion*--ἀθάνατοι καὶ ἀγήρω] Ἀγήρω igitur legendum, non ἀγήρως, vel ſecundum *Stephanum*. At quare per ω monophthongum? Minùs rectè proculdubio, cùm præcedat ἀθάνατοι, *Plural.* non ἀθανάτω, Dual. Nam præceſſiſſet modò ἀθανάτω, ſecutus eſſem lubenter *Stephani* lectionem (in *Theſauro*) ἀγήρω· ut apud *Homerum*, Iliad. μ'--323,

Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
Ἔσσεσθ'. & ρ'. 444,
---Ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε.

280 Τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν·
Hic verſus apud *Stephanum* eſt 281. Nam huic præponit verſum illum Μιχθεὶς Καλλιρόῃ] qui in Editione noſtra infrà habetur, num. 288. Sic tranſponendi hujus verſus autorem habeo *Philippum Melanchthonem*. Quo accedit etiam Genealogiæ *Geryoneæ* ratio.

281. Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας] Notanda Συνίζησις ſyllabarum -άωρ in Χρυσάωρ, ut -αω in Ποσειδάων apud *Apollon. Argon.* δ'. 1621,

Ἠδὲ Ποσειδάωνος, ἠδὲ Τρίτωνος ἔασι,

283. Γείνεθ'· ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχει μετὰ χερσὶ φίλῃσι.
Notanda Συνίζησις vocalium αο in ἄορ, ut in φάος apud *Muſæum* infrà pag. 341. verſ. 224,

Ἡ μὲν φάος τανύειν, ὁ δὲ κύματα μακρὰ περῆσαι.

Quanquam diſſimulare non debeo, magis mihi placere *Trincaveli* lectionem, in quam nuperrimè incidi; Eſt autem hujuſmodi,

Γεῖνθ'· ὁ δ' ἄορ χρύσειον—

284. Χὠ] pro καὶ ὁ, per *Thlipſin* τοῦ ι, & *Craſin* vocalium α ο in ω, & *Tropen* τοῦ κ εἰς τὸ χ, ob ſequentem aſperum. *Stephanus* verò ſic ſcribit, Χ' ὡ] quaſi nulla eſſet *Craſis*, ſed *Thlipſis* potiùs Diphthongi αι, & *Ectaſis* vocalis brevis, mutato ο in ω. Quæ quidem ſcribendi ratio mihi neutiquam placet. Quis enim unquam legit ὡ pro ὁ per *Ectaſin*? at ὡ pro ὁ & τὼ pro τὸ poſt *Craſin* ſæpe legimus, ut ὥτερος pro ὁ ἕτερος apud *Theocritum*, Idyll. η'. 91. χὡμός, *Idyll.* ιε'. 18, pro καὶ ὁ ἐμός. ὤνεμος pro ὁ ἄνεμος, *Moſch.* Idyll. ε'. 1, & 8. τὤρσεν pro τὸ ἄρσεν, *Theocrit.*

Idyll. ί. 31. τὤγαλμα pro τὸ ἄγαλμα, Idyll. κγʹ. 60. τὠμπίχονον pro τὸ ἀμπίχονον, Idyl. ιέ. 21. Et hæc omnia cum multis aliis etiam ſecundum *Stephanum*: quamvis in aliis ejuſdem naturæ eandem ſcribendi rationem non ubique obſervat, ut in ὠ῎λαφος pro ὁ ἔλαφος, *Theocrit.* Idyll. ά. 135. ὠ῎ςοργος pro ὁ ἄςοργος, βʹ. 112. ὠ᾿φρόντιςος, pro ὁ ἀφρόντιςος, ί. 20. ὠ῎ειφος pro ὁ ἔειφος, έ. 30. ὠ᾿ρχαῖος pro ὁ ἀρχαῖος, *id.* 8. Contra ſuperiorum analogiam. Scribendum rectius, ὤλαφος, ὤςοργος, ὠφρόντιςος, ὤειφος, ὠρχαῖος. Et hanc quidem ſcribendi rationē in hujuſmodi exemplis conſtanter obſervo, ut in ὦξ pro ὁ αἴξ per *Craſin* tantùm *Doricam*, Idyll. ά. 65. (ut apud *Theognid.* ὑπιτυχὼν pro ὁ ἐπιτυχὼν, 914. τὔλασσον pro τὸ ἔλασσον, 269. per *Craſin Atticam*) Κἦφα pro καὶ ἔφη, Idyll. ά. 82, per *Thlipſin* τοῦ ι, & *Craſin* τῶν α ε in η. ὡπόλος pro ὁ αἰπόλος, Idyll. ά. 87, per *Craſin* τῶν ο α in ω, & *Synæreſin* τῶν ωϊ in ῳ. ὡπόλοι pro οἱ αἰπόλοι, Idyll. ά. 80, per *Thlipſin*, τοῦ ι in οἱ, & *Craſin* τῶν ο α in ω, & *Synæreſin* τῶν ωϊ in ῳ. At illa, ὦ ᾿λεύθερε pro ὦ ἐλεύθερε, Idyll. έ. 8. ὦ ᾿γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, 17. ὦ ᾿πιμελητὰ pro ὦ ἐπιμελητὰ, Idyll. ί. 54. ut & illa apud *Theognidem* τοῦ ᾿σθλοῦ pro τοῦ ἐσθλοῦ, 21. ἀρετή ᾿ςι pro ἀρετή ἐςι, 147. & apud *Pythagoram* μὴ ᾿πίςευε pro μὴ ἐπίςευε, 30, rectè videntur debere ſcribi per *Thlipſin* tantùm minoris vocalis, propter præcedentem majorem, aut diphthongum. Sunt autem quæ utroque modo ſcribi poſſint per *Thlipſin* & *Craſin*, ut χἠ χἀ pro καὶ ἡ καὶ ἁ, aut per *Thlipſin* tantùm, ut χ᾿ ἡ, χ᾿ ἁ, cùm ſequatur vocalis longa, & metri ratio non indigeat *Craſi*, ſyllabæ producendæ gratiâ. In his ego diutiùs immoratus ſum, quòd præſentiſcerem non licere mihi per Typographos ad *Theocritum* recognoſcendum pergere. Deſideratiores enim ſunt in Scholis Poetæ Græci, quàm ut ferri poſſit noſtrarum Obſervationum ulterior expectatio. Quæ ſuperſunt igitur obſervatione digna apud *HESIODUM*, quæque ad inſtitutum noſtrum propriè pertinere videntur, quâ poſſum brevitate percurram.

306. Τῇ δ᾿ Τυφάονα φασὶ μιγήμεναι ἐν φιλότητι.

*Trincavelus*, *Stephanus*; *Heniſchius*, *Lectius*, legunt Τυφάωνα] Sed ſic quemadmodum conſtet metri ratio, non invenio: Nam admiſsâ licet *Synizeſi*, vocalium αω in Τυφάωνα, ut in χρυσάωρ ſuprà verſ. 281. reſtat adhuc non ſanabilis λαγαρότης in —να, *Spondeum* quaſi abſolvente. Quamobrem rectè mihi videor legiſſe per ο Τυφάονα] Et ſic nihil ſubeſt difficultatis, ratione metri: ut in *Hymn. Apollinis* apud *Homerum*, verſ. 352.

Δεινόν τ᾿ ἀργαλέον τε Τυφάονα, πῆμα βροτοῖσι·

(quàm-

(quamvis, in eodem *Hymno*, verſus idem legitur num. 306. ubi ſcribitur Τυφάονα, per errorem) unde Derivatum, Τυφαόνιος.

311. Κέρβερον ὠμηστὴν, ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον.
De *Syniʒeſi* in ἀΐδεω conſul. Obſervat. in verſ. 71, *Oper. ά.* In Editione *Stephani* deeſt κύνα, ut & in Editione *Lectii.*

312. Πεντηκονταχάρηνον, ἀναιδέα τε, κρατερόν τε.
In Editione *Heniſchii* pro Πεντηκονταχάρηνον, Πεντηκοντακέφαλον neſcio quâ incuriâ e *Scholiis* irrepſit in textum. In Editione *Stephani* leg. Πεντηκοντοχάρηνον per errorem, ut & in *Scholiis* pro Πεντηκονταχάρηνον. Nam in *Theſauro* citat hunc locum *Heſiodi*, & legit Πεντηκονταχάρηνον· Et analogia etiam in cæteris à πεντήκοντα compoſitis hanc ſcribendi rationē confirmat, ut πεντηκοντάδραχμος, πεντηκοντάχορος, &c. *Criſpin.* legit, Πεντηκονταχάρηνον, nobiſcum.

316. --ἐνήρατο] *Aor.* 1. *Med.* ab ἐναίρω, -αρῶ, -ηρα, -ηράμην. *Stephanus* ſcribit per ῃ diphthongum ἐνῄρατο. Ego quorum judiciis fretus à *Stephano* hac de re diſſentiam, vid. ſuprà Obſervat. in verſ. 80. *Oper. ά.* in ὀνόμηνε.

320. Δεινήν τε, μεγάλην τε, ποδώκεά τε, κρατερήν τε.
Vid. verſus ὁμοιοπαθεῖς, ſuprà in Obſervat. in verſ. 135. 323, & 24. Habentur apud *Homer.* Il. ζ'. 181, 182.

326. --Σφίγγ' ὀλοὴν τέκε] Sic legit *Stephanus. Trincavelus* verò legit, Φῖκ' ὀλοὴν τέκε] *Scholiaſtes* etiam in Φῖκα hæc habet, Φῖκα τὴν Σφίγγα λέγει· αὕτη δὲ ἐστὶ θυγάτηρ Χιμαίρας καὶ Τυφῶνος· ἀπ' αὐτῆς δὲ ἐκλήθη καὶ τὸ Φίκιον, ἔνθα κατῴκει, &c.

333. Κητὼ δ' ὁπλότατον, Φόρκυϊ φιλότητι μιγεῖσα.
Hic verſus eſt Προκοίλιος· ſed ſanatur per Συνίζησιν vocalium υϊ in Φόρκυϊ. ut apud *Apoll.* Argon. γ'. 853. in πηχυΐον,

Τοῦ δ' ἤτοι ἄνθος μὲν ὅσον πηχυΐον ὕπερθε.

& in δ'. 1510,

Οὐδ' ὁπόσον πηχυΐον ἐς ἄιδα γίνεται οἶμος.

Niſi quis velit potius dicere, *Enallagen* eſſe pedis *Proceleuſmatici* pro *Dactylo.*

334. Γείνατο δεινὸν ὄφιν, ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης.
Hujus verſûs λαγαρότης in *Penthemimeri* ſanatur tribus modis; nempe per *Liquidam*, *Subdiſtinctionem*, & *Spiritum denſum*: quibus adde præcedentem *Acutum.*

336. Τοῦτο μὲν ἐκ Κητοῦς καὶ Φόρκυνος γένος ἐστί.
*Trincavelus*, *Stephanus*, *Lectius*, legunt Φόρκυος] à Φόρκυς. *Philipp. Melanchthon* & *Heniſchius*, quos ego ſequendos hîc duxi, legunt Φόρκυνος· cujus lectionis expreſſum veſtigium ſequitur



tur

tur interpres in *Phorcyne*, Accedit huc etiam *Homeri* autoritas *Odyſſ.* α. 72.

Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος.

& *Odyſſ.* ν'. 96.

Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος.

Eſt autem *Genitivus* à *Nominativo* Φόρκυν, teſte *Euſtathio* in verſ. 862. Il. β'. ubi ἀπὸ τοῦ Φόρκυν, inquit, κλίνεται· & *Etymolog.* col. 514. lin. 38, Ἰστέον ὅτι τὰ εἰς υν λήγοντα προσθέσει τοῦ ος κλίνεται· οἷον, Φόρκυν, Φόρκυνος, &c.

349. Φᾶσιν τε, Ῥῆσόν τ', Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην.

*Trincavelus, Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius,* legunt,

Φάσιν τε, Ῥῆσόν τ', Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην·

Φάσιν] Παροξυτόνως· minus rectè, Nam cùm penultima longa ſit, & ultima ſuâ naturâ brevis, Proſodiæ ratio poſtulat, ut, ſi in penultima habeat accentum, ſcribatur Προπερισπωμένως. Et inſuper διασημία hujus dictionis, quod ad στοιχεῖα attinet, διαφόρησιν in ſcribendo exigit: φάσις enim Παροξύτονον, *dictionem*, &c. ſignificat, & eſt nomen Προσηγορικόν· Φᾶσις verò Προπερισπώμενον *fluvium* ſignificat, & eſt nomen Κύριον. Vid. *Stephani Theſaurum.*

--Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην] Sic legunt omnes, ego quos conſului, Mallem ſic legere,

Ἀχελώϊόν τ' Ἀργυροδίνην] Ut ſervetur gratia *Polyſyndeti*, & analogia hujus cum duobus præcedentibus verſibus, & quinque ſequentibus: Qui verſus omnes ſunt πολυσύνδετοι, præter verſ. proximè præcedentem Στρύμονα] ubi in principio verſûs non opus eſt συνδέσμῳ poſt Στρύμονα, At in hujus verſûs fine *Conjunctionis* abſentia ferri non poteſt: aut peribit gratia *Polyſyndeti*, quam ſervari oportet. Eſto. Servetur *Schematiſmus* ſive *Polyſyndeti* gratia. At qui conſtabit *Podiſmus* ſive *Metri ratio?* Optimè. Eſt enim verſus Προκοίλιος· qui ſanatur per *Synæreſin vocalem* ſive *Potentialem* (ut ità loquar) ſive *Synecphoneſin* Poëticam, eámque hoc in loco affectatam: alioquin enim præcaviſſe potuit poëta hoc pathos, ſi voluiſſet uti *Syniʒeſi* ſive *Synæreſi Reali* & *Actuali*. Sed abhorret à poëtarum uſu, ad communem & Atticam *Craſin* ſive *Synæreſin* confugere, præſertim verò ubi nulla metri neceſſitas, ut in hoc loco, videatur exigere. Quid *Euſtathius*? In verſ. 194. Il. φ'. pag. 1316, lin. 21, &c. Ὅτι δὲ τὸ ΑΧΕΛΩΙΟΣ πεντασυλλάβως ἐνταῦθα λεχθὲν, διὰ τὸ στοιχεῖον τὸ ἐν τῇ παραληγούσῃ προσγεγραμμένον ι· κοινῶς μέντοι καὶ ἑκατέρου, τετρασυλλάβως ΑΧΕΛΩΟΣ λέγεται. Apud *Petrolectas*,

lectius, inquit, Ἀχελῷ@ eſt quatuor ſyllabarum, apud poëtas verò, Ἀχελώϊ@, quinque: Addo, Quæ *Potentiâ* tamen, id eſt, vi Συνεκφωνήσεως, ſunt quatuor tantùm, *Actu* licèt (nam ea ſcribendi ratio eſt ποιητικωτέρα) ſint quinque.

Poſtremò, Si ſic legatur,

Φᾶσίν τε, Ῥῆσόν τ' Ἀχελώϊον τ' ἀργυροδίνην,

(Sic autem legendum exiſtimo Ἀχελώϊον eſt (ὡς συλλήβδην εἰπεῖν, καὶ ἀνακεφαλαίωσιν) *Pentaſyllabon* στοιχειωδῶς καὶ γραφικῶς: *Tetraſyllabon* verò, στιχωδικῶς καὶ μετρικῶς.

De ſyllaba brevi in *Triemimeri*, & in hoc verſu & ſequente, vi ſequentis Liquidæ productâ, conſule Obſervat. in verſ. ſuprà 135. Eſt autem hic verſus πολυπαθέστατ@.

361 Καὶ Στύξ, ἣ δὴ σφέων προφερεστάτη ἦεν ἁπασέων.

Hîc verſus, reſpectu metri, eſt διπαθής. In medio videtur ſyllaba redundare; unde dicitur προκοίλι@· & in fine; unde dicitur μακροσκελής ſive δολίχουρος. Sed ſanatur utroque loco per Συνίζησιν vocalium εω in σφέων, & ἁπασέων.

In σφέων, ut apud *Aratum* in *Phanom*. 458,

Μακροὶ δὲ σφέων εἰσὶν ἑλισσομένων ἐνιαυτοί.

ut in ἡμέων, *Solon*. α. 72,

Οἱ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον.

In ἁπασέων ſuprà verſ. 79,

Καλλιόπη θ'· ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων,

In quem verſum conſule Obſervationem: ubi reperies multa hujuſmodi exempla. ἣ δὴ] verſ. ſuprà 79, ἣ δέ.

364. --Ὠκεανῖναι] Προπερισπωμένως· *Trincavelus*, *Stephanus*, *Heniſchius*, *Criſpinus*. *Lectius* ſcribunt Παροξυτόνως, ut in *Nominativo Sing*. A quibus diſſentio. Nam in *Prima* & *Secunda Declinatione Pariſyllab*. Nomen Παροξύτονον μακροπαράληκτον (φύσει ἢ θέσει) in *Nom. Plur*. fit Προπερισπώμενον· ut in *Prima*, πολίτης] Παροξύτονον. πολῖται] Προπερισπώμενον (Il. χ'. 429. & Od. η. 131, ſecundum Editionem *Stephani*.) In *Secunda*, κνήμη, κνῆμαι· Il. δ'. 147. κρήνη, κρῆναι· Il. φ. 197. ubi αι ratione accentûs habetur pro ſyllaba brevi, & quod ad rem præſentem apprimè eſt utile, ὑσμίνη, ὑσμῖναι Odyſſ. λ'. 611. & in *Hymn. Ven*. 11, ſecundùm Editionem *Stephani*.

370.--δ' ἂν τι-] γρ. δ' ὅσοι τι.

372. Ἠῶ] Περισπωμένως. Rectè: quia ab ἠώς, ut αἰδῶ ab αἰδώς. In Editione *Stephani*, Ἠώ] Ὀξυτόνως. Minùs rectè. Conſule Obſervat. in αἰδῶ, *Oper*. α. 322.

375. Κοίῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα.

*Cœo verò Eurybia peperit per amorem mixta.*

Hic, nè errarem ſollicitus, in errorem imprudens incidi ſecutus vitioſum exemplar: nam ingenuè fatendum eſt. *Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius,* legunt Κείω δ' Εὐρυβίη] & Interpres, quem ſecuti ſunt *Lectius* & *Heniſchius*, vertit *Crioq; Eurybiæ.* Criſpin. *Crio autem Eurybiæ.* Ubi in Græcis & Latinis erratum eſt: ſi .n. Κείω per ω monophthongum ſcribatur, & Εὐρυβίη per η diphthongum; ſequitur, ut Κείω ſit *Nominativus Fœmin.* Εὐρυβίη vero *Dat. Maſculin.* (& ſic videtur interpres intellexiſſe) Sed nec Κείω eſt *Nom. Fœm.* (nam ſcribendum eſſet Ὀξυτόνως, ut Λητώ] Nec Εὐρυβίῃ *Dat. Maſcul.* nam ab Εὐρυβίη ducitur non Εὐρυβίας. Quid multa? *Trincavelus, Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius,* erravere omnes. Erravi & ego. Quomodo autem legendum? Κρείῳ δ' Εὐρυβίη, *Creio autem* (ſive *Crio*) *Eurybiæ.* Hujus lectionis autorem habeo Scholiaſten, Κρείῳ δ' Εὐρυβίη] Κρεῖος, inquit Scholiaſtes, γῆς καὶ οὐρανοῦ ἦν παῖς, Εὐρυβίη δὲ Πόντου θυγάτηρ. Ubi notandum (quod in aliis ſæpe monui) in ſuperioribus exemplaribus ſcribi Κείω per ι, pro Κρείῳ per ει, erroris occaſione ortâ à ſimilitudine ſoni. Sic igitur lege,

Κρείῳ δ' Εὐρυβίη τίκεν ἐν] γρ. τίκτεν.

377. —ὃς καὶ πᾶσι] *Trincavelus* legit -ὃς πάσαισι.

379. —αἰψηροκέλευθον] γρ. λαιψηροκέλευθον.

393. Μήπιν' ἀπορήσειν] ab ἀπορέω, ῶ. Sic legit mecum *Heniſchius. Stephanus Trincavelum* ſecutus legit ἀπεραίσειν, per ρ unicum: ſed ſcribendum ἀποῤῥαίσειν, ſecundum *Orthographiæ* legem, ab ἀποῤῥαίω, Compoſit. à ῥαίω. Nam ῥ initiale Thematis in Compoſitione geminatur.

398. Σὺν σφοῖσιν παίδεσσι] *Cum ſuis filiis*] Per *Pronomen Poſſeſſivum,* à *Nominativo* σφὸς, pro σφέτερος, per *Syncopen,* ut σφοῖσι δόμοισι apud *Homer.* Il. ξ'. 202, 303. *Trincavelus* & *Heniſchius* legunt Σὺν σφίσι παίδεσσι φίλοις] Quam lectionem reſpectu metri cùm defendi non poſſe, intelligeret *Stephanus,* λαγαρὺς της in finali Dativi παίδεσσι ſanandæ gratiâ, addit ν ἐφελκυστικὸν, ſequente etiam conſonante, per *Paragogen* Poëticam: ſic tamen ut per *Ectaſin* (quæ quidem admitti poteſt) producat penultimam in φίλοις. Quæ quidem lectio reſpectu metri ut ſtare poſſit: at reſpectu materiæ, ſive ſensûs ſtare non poteſt; cùm σφίσι ſit *Primitivum* non *Poſſeſſivum,* & *Poſſeſſivum* hic requiratur, ut infrà verſ. 401, Παῖδας—ἑοὺς, non σφέας. *Criſpinus* etiam & *Lectius Stephanum* ſecuti in eundem errorem inciderunt. Rectè igitur mihi videor repoſuiſſe pro σφίσι παίδεσσιν, σφοῖσιν παίδεσσι. Sic autem metri ratio ſalva eſt, & ſenſus integer;

Σὺν

Συν σφοῖσιν παίδεσσι, φίλυ διὰ μηδέα πατρός, Tranſlato υ Ephelkico à παίδεσσιν ad σφοῖσι' quamvis defendi potuit hæc lectio,

Συν σφοῖσι παίδεσσι] Sanatâ ſyllabâ brevi finali in *Triemimeri*, ſequente conſonante *Anadiplaſiaſmi* capace, ut infrà verſ. 656, Ἴδμεν ὅτι πεϱί.

Poſtremò, Nequid videar doctiſſimorum virorum judicio derogare; eo animo ſum, ut exiſtimem in ſuperioribus Editionibus σφίσι pro σφοῖσι in metrum irrepſiſſe per incuriā eorum, quibus recognoſcendi ad prælum exemplaria typis excuſa negotium commiſſum eſt. Nam quod in Obſervat. in verſum 375, dictum eſt, Κείω pro Κρείῳ per errorem legi, propter confuſionem ſoni *Diphthongi* ει, & *Vocalis* ι, idem huc transferri poteſt, ut dicam σφίσι pro σφοῖσι per errorem etiam legi, propter confuſionem ſoni *Diphthongi* οι & *Vocalis* ι. De quâ confuſione, ut quæ ſæpenumero erratorum occaſio fiat, Vide Obſervat. in verſ. 2. *Oper.* α. in Δί.

401. Παῖδας δ' ἤματα πάντα ἑὸς μεταναίεται ἔθ. De *Syſtole* terminationis *Accuſat. Plural.* 1, & 2, *Declinat. Pariſyll.* Conſule Obſervat. in verſ. 182, *Oper.* ϛ'.

405. δήπειτα] pro δὴ ἔπειτα, per *Craſin. Stephanus* legit δ' ἤπειτα, per *Thlipſin* τοῦ ε, & *Ectaſin*, mutato ε in η. *Frobenius* in Editione Homer. Odyſſ. α'. 290, legit (ut *Stephanus*) per *Thlipſin* & *Ectaſin*. Iliad. verò υ. 338, δὴ 'πειτα per *Aphæreſin* minoris vocalis, ob præcedentem majorem: & Iliad. ό. 163, legit δήπειτα, per *Craſin*: quæ quidem ſcribendi ratio eſt optima: in hoc tantùm deficit, quòd deſit *Spiritus Craſeως* index. *Euſtathius* in δήπειτα loco proximè citato, exponit, ἤγουν δὴ ἔπειτα· ubi tamen *Stephanus* legit, ut ſuprà, δ' ἤπειτα, per *Thlipſin* τοῦ η (quæ admitti nullo modo poteſt) & *Ectaſin*. At hîc, inquies, apud *Heſiodum*, vel fatente te, δήπειτα ponitur pro δὴ ἔπειτα· Non repugnat igitur orthographiæ, ſi ſcribatur ſecundum *Stephanum* δ' ἤπειτα per *Thlipſin* & *Ectaſin*. Contrà: Admiſsâ *Thlipſi*, Unde probabitur *Ectaſis* iſtiuſmodi in ἤπειτα; Apud *Homerum* nuſquam legitur, nè ſecundum *Stephanum* quidem, niſi præcedente particulâ δ' *Apoſtrophum* paſsâ: ἤπει verò aut ἤπειδὴ nuſquam. At ἔπειτα, ἐπεί, ἐπειδή, paſſim. Poſcente, inquies, ſic metro. Imò contra rationem metri, ἐπειδή, Iliad. ψ'. verſ. 2.

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Ubi ſi ε *Ectaſεως Tropicæ* capax fuiſſet, ſcribendum erat proculdubio per η initiale. Hanc verò ſcripturam non agnoſcit *Euſtathius*

*ſtathius*, ſed fatetur eſſe carmen Ἀκέφαλον, quale eſt illud *Odyſſ.* μ'. 423.

Ἐπίτονος βέβλητο βοὸς ῥινοῖο τετευχώς.

Summa omnium huc redit, Cùm *Euſtathius* loco citato exponat per δὴ ἔπειτα (& *Moſchopulus* etiam, ut ſuprà obſervatum eſt in verſ. 290, *Oper.* ά.) & ε in ἐπειδὴ non videatur capax *Ectaſeως Tropicæ*, ut apparet in carmine Ἀκεφάλῳ· Non ſcribendum per *Thlipſin* δ' ſive pro δε per ε, ſive pro δὴ per η ſumatur: ſed per *Craſin* δήπειτα.

427. Ἔρδων] γρ. Ῥέζων.

Ἔρδων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται.

Hic α breve in *Hephthemim.* ſanatur duobus modis: Et quòd Ὀξύτονον, ſit, & quòd ſequens à *Liquida* incipiat, ut ſuprà in *Scut.* verſ. 158,

Ἄλλων τεθνειώτα κατὰ μόθον εἷλκε ποδοῖιν.

430. Ἔν τ' ἀγορῇ] Sic legit *Criſpinus*, *Stephanus*, *Heniſchius*, *Trincavelus*, legunt, Ἔνθ' ἀγορῇ.---ὃν κ' ἐθέλησι] *Stephanus*, *Heniſchius*, *Trincavelus* legunt ---ὄν κ' ἐθέλησι. *Criſpinus* legit ---ᾧ ν κ' ἐθέλησι. Fortè verò verſu præcedente interpungendum tantùm poſt ὀνίνησιν, & legendum hìc ---ὅν κ' ἐθέλῃσι· ut vis verborum hæc ſit, *prodeſt cui voluerit*: & quæ interveniunt *Parentheſews* notis ſunt includenda.

436. Ἔνθα θεὰ καὶ τοῖς παραγίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. *Stephanus Trincaveli*, uti videtur, Editionem ſecutus, legit τοῖσι, ut & *Lectius Stephanum* ſecutus: in Annotationibus verò fatetur *neceſſe eſſe*, aut legatur τοῖς metri causâ, aut reponatur aliud verbum pro παραγίνεται, ut παρίσταται· Ego delendum putavi ι *Pleonaſticon* in τοῖσι, retinendum verò παραγίνεται, ut ſuprà verſ. 432,

---παραγίνεται οἷς κ' ἐθέλησι.

438. τοκεῦσιν] γρ. τοκεῦσι δέ.

447. Ἐξ ὀλίγων βριάει, χἀκ πολλῶν μείονα θῆκεν.

In Editione *Trincaveli*, *Stephani*, *Lectii*, legitur καὶ ἐκ præter metri rationem: credo, per Recognitoris incuriam. *Heniſchius* & *Criſpinus* legunt χἀκ] Et ſic ſanatur metrum, ſed peccatur contra *Orthographiam*: nam ſcribendum erat per α *Monophthongum* per *Craſin* poſt factam *Thlipſin* τοῦ ι in καὶ· non χἀκ per *ᾳ Diphthongum*: ut obſervatum eſt ſuprà in χἀκεῖνος, *Oper.* ά. 293.

454. Ἑστίῃ, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον. In Editione *Trincaveli* leg. Ἱστίην & Ἴρην. *Steph. Heniſch. Criſpin. Lectius*, legunt Ἱστίην & Ἥρην. Ἥρην] rectè: Nam in Editione *Trincaveli* τὸ ι occaſione ſimilitudinis ſoni in locum τοῦ η ſurrepſit. Ἱστίην] Malo Ἑστίην. Nam in *Hymno Veſtæ & Mercurii*,

tam

tam in ipſo *Hymno* quàm in *Titulo*, etiam ſecundum *Stephanum*, apud *Homerum* ſcribitur per ε διασυῤόμϑον, Ἑςία· unde per Æolic *Digamma* Fεςία, quo ve ſu in *V* conſonantem per *Syncopen* τȣ͂ ι fit *Veſta*: ut ἑσπέρα, Fεσπέρα, *Veſpera*: ἑςία ab ἕζω, hoc eſt, ἱδρύω, propriè *domûs partem* ſignificat, quam ἐχάραν vocant, ſive *focum*; per *Synecdochen* vero, *totam domum*, unde ἐφέςιοι dicuntur, *qui ſunt in eadem domo*. Per *Metonymiam* verò *Deam* ſignificat, cui κατ᾽ ἐχάραν οἴκȣ ἔθυον ὁσημέραι, διὰ τὸ συνεςάναι τ̓ οἶκον δι᾽ αὐτῆς, teſte *Euſtathio* in Ἱςίν, *Odyſſ.* ξ'. 159. ubi tamen *Stephanus* legit Ἑςίν· & *Etymolog. Magn.* col. 282. lin. 31, Ἑςία ἡ θεὸς, παρὰ τὸ ἑςάναι, ὅ ἐςιν ἱδρύσασθαι, πρώτη γὰρ αὕτη οἶκον συνέςησεν, ἢ ὅτι πανταχȣ͂ ἵδρυται καὶ τιμᾶται, &c. Illud tamen diſſimulare non debeo, ἱςίαν ab ἵζω, & ἑςίαν ab ἕζω ſumi ἐκ παραλλήλȣ pro eodem, cùm ſunt *Appellativa*. Imò ſecundum *Euſtathium*; *Etymolog. Caninium*, ἵζω & ἱςία ſunt ab ἕζω & ἑςία per *Tropen*, Dor. & Ion. ε in ι.

479. Ζῆνα μέγαν· τ̓ μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη.

Monoſyllaba brevia in Liquidam deſinentia, ſequente vocali, in *Cæſura* ſæpe producuntur: ut hîc in *Penthemim.* ſequente etiam literâ aſpiratâ. Sic apud *Apollon. Argon.* γ'. 683.

μέν.] Μῦθος δ᾽ ἄλλοτε μέν οἱ ἐπ᾽ ἀκροτάτης ἀνέτελλε.

γάρ.] Φαιήκων· σὺν γάρ οἱ ἄναξ πόρσυνε κέλευθον, *Argon.* δ'. 549.

482. Πρῶτον ἐς αὐτὴν Λύκτον· ἔκρυψε δ᾽ ἑ χερσὶ λαβοῦσα.

Sic legit *Heniſchius*: nec aliter videtur legiſſe interpres. *Stephanus* verò & *Trincavelus* legunt,

Πρώτην ἐς Λύκτον· κρύψε δέ ἑ χερσὶ λαβοῦσα.

Et ſic verſus eſt λαγαροειδὴς in *Hephthemimeri*: Sed ſanari poteſt duplici ratione, nempe præcedente *Acuto*, & ſequente literâ *Anadiplaſiaſmi* capace. Sed minùs placet poſterior lectio propter aſperam ἐπαλληλίαν τȣ͂ δ ε ε, quam ut vitioſam declinâſſe videtur *Homer.* Iliad. α. 4,

Ἡρώων· αὐτοὺς δ᾽ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν· ubi ε ante λ producit, nè aſperum hiatum faciant ε ε in diverſis dictionibus, ſi δὲ legatur ἀσυναλείπτως. Hîc tamen, teſte *Euſtathio*, γρ. δ' ἑλλώρια, per *Anadiplaſiaſmum*, & δὲ ἑλώρια ἀσυναλοίπτως. Præfert tamen cæteris lectionem primam κατὰ συναλοιφὴν, id eſt, per *Thlipſin* τȣ͂ ε in Δ. *Criſpinus* legit κρύψεν.

493. — ἐπιπλομένȣ δ᾽ ἐνιαυτȣ͂] γρ. ἐπιπλομένων δ᾽ ἐνιαυτῶν.

503. — ἀπεμνήσαντο] γρ. ἐπεμνήσαντο. – ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων] Hîc in *Hephthemimeri* ſyllaba brevis producitur vi præcedentis *Acuti*, & *finalis* ν.

510.

510, 511. Τίκτε δ' ὑπερκύδαντα Μενοίτιον, ἠδὲ Προμηθέα
Ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθέα.

Uterque verſus eſt *μακροσκελὴς*, ſive *δολίχουρος*. Tales ſunt illi *Virgiliani* ad Græcorum exemplar effecti,

*Nec tantùm Rhodope miratur & Iſmarus Orphea:*
*Namque*---. Eclog. 6. 30.
*Cœúmque, Iapetúmque creat, ſævúmque Typhœa,*
*Et*---Georg. 1. 279. Ubi tamen abſorberi poteſt *α* Finale à ſequente vocali, & tum ſcribendum-*oea*. Quædam exemplaria habent per *Synæreſin*, *Typhœa*: Peſſimè & contra *Orthographiam*; cùm ſit *Accuſat. Græc.* à Τυφωέα· Scribendum rectiùs *Typhœea* per *ω*, aut *Typhoëa* per *Diæreſin*, ſic ut vocales *ea* in unam quaſi ſyllabam coëant per Συνίζησιν· ut & in reliquis.

Reperitur hujuſmodi Συνίζησις & in *Accuſat.* I. *Declin. Contr.* ut ſuprà in φιλομμηδέα, verſ. 200. ἀδελφέα, 233, & infrà in πολυγηθέα, 941,

Μιχθεὶς ἐν φιλότητι, Διώνυσον πολυγηθέα.

Vide *Euſtath.* in Πολυδεύκεα. Iliad. γ'. pag. 311. lin. 11. Θεοειδέα, γ'. 27, & 450. Διομήδεα, Iliad. δ'. 365.

520. Ταύτην γάρ οἱ μοῖραν ἐδάσατο] Vide ſuprà γὰρ product. in *Triemim.* ante *οι*, *Scut.* 69. *Theogon.* 56. & extra *Cæſur.* ſuprà *Scut.* 20.

534. Οὕνεκ' ἐρίζετο βουλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι. De *Syſtole* in terminat. *Accuſ. Plur.* primæ & ſecund. *Pariſyllab.* Vide Obſervat. in verſ. 182. *Oper.* β'.

544.---μοῖραν] γρ. μοίρας.

548. Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν αἰειγενετάων. *Trincavelus, Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius*, legunt, Ζεὺς κύδιστε] Ego verò legendum exiſtimo Ζεῦ,] ut apud *Homer.* Iliad. ϐ'. 412,

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων.

562. δῆπειτα] *Stephanus* ſcribit per *Thlipſin* & *Ectaſin*, δ' ἤπειτα· minùs rectè. De *Orthographia*, Conſule Obſervat. in verſ. 290, *Oper.* α'. & *Theogon* verſ. 405.

572. Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς. Hic idem verſus & ſequens ſuprà habentur in *Oper.* α'. num. 71, 72. ubi de *Synizeſi* in Κρονίδεω dictum eſt.

574. Ἀργυφέῃ ἐσθῆτι] Rectius ἀργυφέη· Sic enim citatur *Etymolog. Magn.* col. 137. lin. 40. Sic etiam legitur in Editione vetuſtiſſima. *Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius*, leg. Ἀργυφέϊ, tanquam ab ἀργυφὴς. Credo per errorem, propter ſimilitudinem ſoni τοῦ η καὶ τοῦ ι, cùm *Stephanus* ipſe in *Theſauro* hujus loci

loci nullam faciat mentionem: feciſſet autem proculdubio, ſi legendum eſſet Ἀργυφέϊ. Obliqui ab ἀργυφὺς (quod nomen agnoſcunt quidam) nulli ſunt apud *Stephanum*: ab ἀργύφεος (quod ab ἄργυφος per *Epentheſin* τοῦ ε) occurrunt apud Homerum. Lege igitur Ἀργυφέη.

578. Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε.
De *Synizeſi* in χρυσέην dictum eſt ſuprà Obſervat. in verſ. 65. *Oper.* *α*. ubi, niſi me mea conjectura fallit, legendum χρυσέην, ut hîc, & ſuprà *Scut.* verſ. 199.

582. Κνώδαλα, ὅσ' ἤπειρος μὲν τρέφει, ἠδὲ θάλασσα.
Sic legit *Heniſchius*: & ſic legiſſe videtur interpres. *Stephanus*, pro ὅσ' in Editione *Trincaveli*, reponit ὅσ', & ſic legit,

Κνώδαλ' ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει, ἠδὲ θάλασσα.

*Criſpinus* etiam *Stephanum* ſecutus ſic legit, & *Lectius* etiam *Stephani* lectionem lubens retinuiſſem propter metri rotunditatem, niſi quòd πολλὰ redundare hîc videretur, cùm in proximo præcederet.

593. Οὐλομένης πενίης ἀξύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο.
Sic legit *Heniſchius*, & ſic legiſſe videtur interpres. Secundùm quam lectionem eſt *Enallage Generis* in ἀξύμφοροι, ità ut ad ſexum referatur γυναικῶν non ad vocem φῦλα. De hujuſmodi *Enallage* dictum eſt ſuprà Obſervat. in verſ. *Scut.* 116. *Stephanus*, *Trincavelus*, *Criſpinus*, legunt οὐ σύμφοροι, non comites; Quæ quidem lectio mihi magis placet.

619. Οὐδὲ γὰρ Ἰαπετιονίδης ἀκάκητα Προμηθεύς.
ἀκάκητα] pro ἀκακήτης, per *Apocopen* τοῦ ς, & *Tropen* τοῦ η εἰς τὸ α breve, & *Anabibaſmum* toni. Nominativus eſt *Macedonicus* poëtis utilis propter ultimam brevem, ut ſuprà *Oper.* ϛ'. 200, ἠχέτα τέττιξ, & rurſus *Scut.* 216. ubi plura hac de re in Obſervat. in ἠχέτα require.

618. Σὺν κείνοις νίκην τε καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.
*Trincavelus*, *Stephanus*, *Heniſchius*, *Criſpinus*, *Lectius*, legunt per *Proſchematiſmum* Doricum & Ionicum κείνοισι. Sed metri ratio non patitur: nam vicies & plùs eo νίκην apud *Homerum* eſt μακροπαράληκτον (nuſquam verò βραχυπαράληκτον) & apud *Heſiodum* infrà verſ. 647, Νίκης. Legend. igitur κείνοις, communi linguâ.

636. Σωνεχέως] per *Anadiplaſiaſmum* τοῦ ν· Sic legunt *Stephanus* & *Criſpinus*. Rectiùs *Trincavelus* & *Heniſchius* ſine *Anadiplaſiaſmo* Σωνεχέως] productâ primâ ſyllabâ vi *Liquidæ*, ut in ξωνοναις ſuprà verſ. 595, & 601. & ξὼν, extra compoſitionem, apud *Theocrit.* Idyll. κή. verſ. 25.

Δώρῳ.

Δώρῳ ξυνὼ ὀλίγῳ—] Verſus eſt *Choriambicus.* Et in Συνεχὲς, (quod inſtituto noſtro accommodatius eſt) apud *Homer.* Il. μ'. 26,

Συνεχὲς, ὄφρά κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη.

Niſi quis fortè velit contendere, hunc verſum eſſe Ἀκέφαλον. Eſto. Et *Heſiodicus* etiam. Malo tamen inchoari à *Dactylo*; cùm Liquida, (uti ſæpius dictum eſt) vim habeat producendi ſyllabam etiam brevem præcedentem: ut paſſim exemplis demonſtratum eſt aliàs, & exemplis hîc etiam adductis; quibus unum addo apud *Homer.* Odyſſ. ι. 74,

Ἔνθα δύω νύκτας, δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.

Hîc tamen, diſſimulandum quod non eſt, γρ. συνεχές. Sed vitioſa potiùs cenſenda eſt quàm varia lectio.

649. Ὑμεῖς δ' μεγάλων] De Monoſyllabis in vocalem brevem deſinentibus, vi ſequentis Liquidæ productis in *Triemimeri*, Conſule ſuprà Obſervat. in verſ. 135.

652.—δυσηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ] ut 659.—ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν. γρ. ὑπὸ, *Stephanus* reſpectu metri mavult ὑπὸ, ut ejus aſpiratio fulciat brevem præcedentem in δυσηλεγέος. Sed quid opus eſt hoc fulcimento in *Ennehemimeri*, præſertim cùm ς finale vim habeat *Ecſtaticam*? ut nihil dicam de præcedente *Acuto.* Exempla ubique in *Cæſura* occurrunt. Inſtabo hîc tantùm in *Ennehemimeri*: *Scut.* 102,

Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἀμύμων Ἰόλαος. & 340,

Ἐσσυμένως· τότε δή ῥα δίογνησ Ἰόλαος. & apud *Theocrit.* Idyll. ιζ'. 79,

Ἀλλ' ὅπις τόσα φύει ὅσα χθαμαλὰ Αἴγυπτος.

(quanquam hîc ſanatur partim à *Tono*) Nec deſunt exempla apud Latinos. Unicum proferam apud *Virgil. Georg.* 2. 5,

*Muneribus, tibi pampineo gravidus Autumno.*

653. Ἡμετέρας διὰ βουλάς, ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.

De *Syſtole* in βουλάς, dictum eſt ſupra. Vid. Obſervat. in verſ. 182. *Oper.* & in τροπάς.

658. Τῆς δ' ὑπὸ φραδμοσύνῃσιν] γρ. Σῇσι δ' ὑποφροσύνῃσιν] in Editione *Heniſchii.*

694. Καιομένη· λάκε δ' ἀμφὶ πυρὶ μεγάλ' ἄσπετος ὕλη.

—ὶ in πυρὶ in *Hephthemim.* ſanatur à tono *Acuto* & ſeq. *Liquida* μ. ut —ὶ in πυρὶ ſeq. ρ. verſ. 152. *Scut.* & —ὶ in χερὶ ſeq. μ, 158, *Scut.* & ſeq. ν. 417. *Theogoniæ,*

703. —μέγας] γρ. μέγας ὑπό.

706. Σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον.

*Trincavelus* legit,

Σὺν

Σὺν δ' ἄνεμοι ἔνοσίν τε κόνιν τ' ἐσφεράγιζον.

*Stephanus*, *Heniſchius*, *Criſpinus*, *Lectius*, ſequuntur lectionem *Trincaveli*, niſi quòd pro ἐσφεράγιζον reponant ἐσφαράγιζον· rectè. Sed necdum conſtat metri ratio. Pro τ' igitur præmiſſo θ' reponendum cenſui ἅμα· & ſic conſtabit optimè. Imò *Stephanus* in *Theſauro*, quem inter recognoſcendum conſulebam, citat hunc ipſum *Heſiodi* verſum, & legit ut nos --κόνιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον. Unde adductus ſum ut ſuſpicer κόνιν τ' ἐσφαράγιζον in Editione *Stephani* erratum eſſe *Typographicum*, quod manavit ad poſteros, & propter tanti viri ſive Editionis autoritatem (nam *Stephano* viro literatiſſimo, & de literatis optimè merito, nihil quicquam derogatum volo) pro genuinâ lectione ad hunc uſquè diem, quantum ſcio, receptum eſt.

714. Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης τ' ἆατος πολέμοιο.

In Βριάρεως, Συνίζησις eſt vocalium εω, ut ſuprà verſ. 149,

Κόττος τε, Βριάρεως τε, Γύγης θ', ὑπερήφανα τέκνα·

& infr. 734,

Ἔνθα Γύγης, Κόττος τε, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος·

& in Βριάρεων, infrà verſ. 817,

Κόττος τ' ἠδὲ Γύγης· Βριάρεων γε μὲν ἠῢν ἐόντα·

ut apud *Homerum*, Il. α. 403,

Ὃν Βριάρεω καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες.

720. Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Vid. *Homer.* Iliad. θ'. 16,

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

725. Ἐκ γαίης κατιὼν δεκάτῃ ἐς τάρταρον ἷκεν.

In Editione *Trincaveli* legitur ἵκοιτο] Mendoſè. In Editione *Stephani*, *Criſpini*, *Lectii*, ἵκοι voce *Activâ*. *Heniſchius* legit ἵκεν Παροξυτόνως, & vertit interpres *vênit*: Sed ſcribendum erat ἷκεν, Περισπωμένως, cùm ſit μακροπαράληκτον.

728. Γῆς ῥίζαι πεφύασι] Rectè πεφύασι· γρ. πεφύκασι· Mendoſè: πεφύκασιν enim apud *Homerum* nuſquam legitur: (credo quòd antepenultimam producat, & metro obſiſtat)

Nam πέφυκα penult. ſemper producit apud *Hom.* ut Iliad. δ'. 109, 483, &c.) at πεφύασι ſæpius.

732. Ποσειδῶν] *Trincavelus* legit Ποσειδέων.

734.--ὁ Βριάρεως μεγάθυμος.] De *Synizeſi* in Βριάρεως dictum eſt ſuprà verſ. 714.

741. Οὖδας ἵκοιτ', εἰ πρῶτα πυλέων ἔντοσθε γένοιτο.

In πυλέων Συνίζησις eſt vocalium εω, ut in ἀγορέων, *Oper.* α. verſ. 30. Eſt autem hujuſmodi Συνίζησις apud poëtas frequentiſſima.

746. Τῶν

746. Τῶν πρόςτ' Ἰαπετοῖο πάϊς ἔχει οὐρανὸν εὐρύν.
πρόςτ'] Sic legitur in Editione *Trincaveli*, *Stephani*, & *Lectii*. His præeuntibus, in errorem incidi: neque enim diſſimulandus eſt. Lege πρόσθ'. Sic legunt *Heniſchius* & *Criſpinus*: quibus merito hac in re aſſentior. πάϊς] in *Hephthemimeri* ultimam productam habet vi præcedentis *Acuti* & *finalis* ς. ut ἄλις apud *Apoll*. Arg. γ'. 103,

Μυθεῖσθαι πάντεσσιν· ἅλις εἰδυῖα καὶ αὐτή.

748. Ἀστεμφέως, ὅθι Νύξ τε καὶ Ἡμέρα ἆσσον ἰοῦσαι.
Verſus eſt προκοίλιος. Sed ſanatur per Συνίζησιν vocalium εω in Ἀστεμφέως. ἆσσον] ab ἐγγύς· Sic legiſſe videtur interpres, cùm vertat *propè*. *Trincavelus* & *Stephanus* legunt ἀμφίς· *Heniſchius* legit θᾶσσον] à ταχὺ, & vertit *celeriter*; Peſſimè, & contra legem metri: Nam finita in ερα in ſecunda Decl. pariſyll. (non præcedente diphthongo in penultima) *Paroxytona*, ſunt μακροκατάληκτα. *Lectius* *Trincaveli* & *Stephani* lectionem ſequitur, ἀμφὶς, & verſionem *Heniſchii*. *celeriter*: ſed non cohærent, opinor. *Stephanus* in margine adſcribit ἆσσον· quam lectionem, ſuadente interprete, in textum reponendam cenſui, magiſque id adeò quòd verſ. proximo ſequatur,

Ἀλλήλας προσέειπον· Rationi enim eſt conſonum ut *propè* adſint *compellandi gratiâ*.

764. Τοῦ δ' ἡ μὲν σιδηρέη κραδίη, χάλκεον δέ οἱ ἦτορ.
Duplex in hoc verſu obſervanda *Synizeſis*:

Prima, vocalium -- εη in Nominat. Ion. σιδηρέη, ut apud *Homer. Odyſſ*. δ'. 293,

Οὐδ' εἴ οἱ κραδίη γε σιδηρέη ἔνδοθεν ἦεν·

quanquam hìc, reſpectu metri, *Synizeſi* non eſt opus abſolutè: magis placet hìc tamen *Synizeſis*, ut in χρυσέη, Il. ι. 724,

Τῶν ἤτοι χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος, αὐτὰρ ὕπερθεν.

Secunda, vocalium εο in χάλκεον, ut ſuprà in Χρύσεον, *Oper*. α. 109. & in ipſo Adjectivo χάλκεον, (ubi cum eodem Subſtantivo eſt junctum in non diſſimili materia) apud *Homer*. *Iliad*. β'. 490,

Φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

768. Ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω] De *Synizeſi* vocalium -- εω in Ἀΐδεω, conſule Obſervat. in verſ. 71, *Oper*. α.

778. Μακρῇσι πέτρῃσι] In ſecundo loco eſt, ut *Euſtathii* verbis utar, σπονδεῖος βίαιος. Sed ſanatur in *Triemimeri* ſyllaba brevis partim vi præcedentis *Toni*, & partim virtute ſequentis conſonantis, quæ *Anadiplaſiaſmi* cùm ſit capax, τεχνικῶς vim habet *Ectaticam* ad *Spondæum* abſolvendum: quod obſervat

obſervat *Euſtathius* de δ in δεινὸς, in Iliad. γ'. verſ. 172.

779. Κίοσιν ἀργυρέοισι], γρ. in Scholiis ἀργαλέοισι.

785. Τηλόθεν ἐν χρυσέῃ προχόῳ πολυώνυμον ὕδωρ.
Obſervanda hîc *Synizeſis* vocalis & diphthongi -έῃ in χρυσέῃ, ut apud *Homer.* in ſimili materia, Il. ψ'. 243,

Καὶ τὰ μὲν ἐν χρυσέῃ φιάλῃ καὶ δίπλακι δημῷ.

793. Ὅς κεν τὴν ἐπίορκον ἀπολείψας ἐπομόσσῃ.
Præpoſitiones βραχυκατάληκτοι in vocalem brevē aut ancipitem deſinentes extra compoſitionem, in Cæſura ſæpe producuntur, ſequēte Liquidâ: rariùs in cōmpoſitione, ut hîc in ἀπολείψας. Vid. Plura exempla ſuperiùs adducta Obſervat. in verſ. 229.

795. --νήποτμος] *exors. Criſpin. Heniſchius* & *Stephanus* legunt νήϋτμος· & *Criſpini* interpres vertit, *Spiritus expers.*

804. Ἐννέα πάντ᾽ ἔτεα· δεκάτῳ δ᾽ ἐπιμίσγεται αὖθις.
Hîc α breve in ἔτεα inchoat ψιλοδάκτυλον· Sed ſanatur in *Penthemimeri* à ſequente *Puncto*, & Conſonante initiali *Anadiplaſiaſmi* capace: ut ſuprà *Oper. α'.* verſ. 129, in *Hephthemim.* ſequente tantùm conſonante *Anadiplaſiaſmi* capace, nullo interjecto puncto,

Ἀλλ᾽ ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ.

806. Ὠγύγιον· τὸ δ᾽ ἴησι καταστυφέλου διὰ χώρου. ἴησι] Sic legit *Trincavelus* ab ἴημι, eo: & rectè quidem meo judicio. *Stephanus, Heniſchius, Criſpinus, Lectius,* legunt ἵησι] ab ἵημι, *mitto.*

811. --χάλκεος] γρ. λάϊνος.

817. De *Synizeſi* in Βριάρεων, conſule Obſervat. in verſ. 714, in Βριάρεως.

819. Δῶκε δὲ Κυμοπόλειαν ὀπυίειν θυγατέρα ἥν. Hic verſus dicitur μείουρος, ſive μύουρος, ſive χώλουρος, quòd in fine, ſive ſexto pede, claudicet. Hujus *Miuriſmi* cauſa eſt (ſecundùm *Euſtathium*, in Iliad. μ'. 208. qui verſus eſt μείουρος) ἡ τῆς ἐκτῆς χώρας ἐν τοῖς ἔπεσι διαφορεία. Sanatur hîc tamen ſyllaba brevis (ut obſervat *Euſtathius* in φίλε, Iliad. γ'. 172. in *Hephthemim.*) partim à præcedente *Acuto* in θυγατέρα, & partim à ſpiritu *Aſpero* (ut obſervat *Euſtathius* loco citato, in ἑκυρέ,

Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρέ, δεινός τε.) cùm ſequatur ἥν] δασυνόμενον καὶ ὀξυτονούμενον, ut apud *Homerum*, Iliad. ε'. 371,

Μητρὸς ἑῆς· ἡ δ᾽ ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν.

& ζ'. 192,

Αὐτοῦ μιν κατέρυκε, δίδου δ᾽ ὅγε θυγατέρα ἥν.

& ν'. 376,

Δαρδανίδη Πριάμοιο· ὁ δ᾽ ὑπέσχετο θυγατέρα ἥν. Hæc hactenus de hujus *Miuriſmi* ſanandi ratione. Addo, *Miuriſmum*

(præter ἀδιαφορίαν ſexti loci ſecundum *Euſtathium*) ſanari aliàs atque aliàs in aliis atque aliis elementorum, tonorum & ſpiritum diſpoſitionibus.

Sanatur enim aliàs à ſolo *Acuto* vim habente *Ectaticam*, ut apud *Apollon.* Arg. ά. 341,

Ὣς φάτο· πάπτηναν δὲ νέοι θρασὺν Ἡρακλέα. Niſi fortè legendum Ἡρακλῆα per *Craſin* Atticam, pro Ἡρακλέεα. *Stephani* verò Editio (in quarto) correctiſſima habet Ἡρακλέα συγκοπτικῶς, pro Ἡρακλέεα. Sanetur igitur, uti dixi, à ſolo *Acuto*, ut & apud *Homerum* Iliad. μ'. 208,

Τρῶες δ᾽ ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

(Quamvis, teſte *Euſtathio*, *Emphaſin* quandam hîc habet: potuit enim ſic legiſſe,

Τρῶες δ᾽ ἐρρίγησαν ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον.

& γρ. etiam, teſte eodem, ὄπφιν, ut σκύπφον per *Paremptoſin* τοῦ π, cùm τὸ φ non ſit *Anadiplaſiaſmi* capax) ὄφιν] Rectiùs: Nam poëta τεχνικῶς per *Syſtolen* metri, deficiente tempore, *Syſtolen* cordis, & Troum timorem exprimit. Quem fortè conſultò imitatus eſt *Virgilius* in ſimili materia, *Æneid.* 2. 380,

*Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem*
*Preſſit humi nitens, trepidúſq; repentè refugit:*

Si dicamus *refugit* eſſe temp. Præſ. Quod profectò dicendum videtur, in ejuſdem libri verſ. 12.

*Quanquam animus meminiſſe horret, luctúque refugit.*

Non enim mihi placet, quam excogitârunt quidam, Temporis *Enallagen*. Hæc de accentu *Acuto* Therapeutico.

Sanatur aliàs *Miuriſmus* à *Spiritu aſpero* & *Tono circumflexo* in dictione finali, ut apud *Theocritum* Idyll. κέ. 138,

Τᾶν μὲν τε προφέρεσκε βίηφί τε, καὶ σθένεϊ ᾧ.

& apud Homer. Iliad. έ. 71,

Ἶσα φίλοισι τέκεσσι χαριζομένη πόσεϊ ᾧ.

Aliàs à ς *Finali*, ſequente *Spiritu aſpero*, & *Tono Acuto*: ut infrà verſ. 862,

Ἀτμῇ θεσπεσίῃ, καὶ ἐτήκετο κασσίτερος ὥς.

Aliàs ab *Acuto* (nam *Oxytona* ſunt naturâ ποταμὸς, & θεὸς, Infrá; licèt in progreſſu orationis ſignentur accentu Gravi: Eſt autem τάσις *Vocalis* eadem, ſive *Acuto* ſive *Gravi* ſignentur) & ς *Finali*, ſequente *Aſpero*, & *Acuto*, ut apud *Theocrit.* Idyll. κέ. 201,

Πάντας γὰρ Πισῆας ἐπικλύζων ποταμὸς ὥς.

& apud *Homerum* Iliad. γ'. 230,

Ἰδομενεὺς δ᾽ ἑτέρωθεν ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὥς.

Aliàs ab *Acuto* in ſyllaba præcedente, & ς *Finali*, *Spiritu* etiam *Aſpero* & *Tono Acuto* ſequentibus: ut apud *Apollon.* Argon. β'. 1025,

Οὐδ' ἐυνῆς αἰδὼς ἐπιδήμιος, ἀλλα σύες ὥς.

Aliàs ab *Acuto* in ſyllaba brevi, & *Liquida Finali*, & *Spiritu* ſequente *Aſpero*: ut apud *Apoll.* Argon. δ. 169,

Δεξιτερῇ πάλλων πέλεκυν μέγαν· ἔντεα γάρ οἱ.

Alias *Miuriſmi* ſanandi rationes aliàs fortaſſe his adjungemus: hìc non licet. Quæ hactenus omnia de vi *Therapeutica*, ſive *Ectatica*, *Acuti* in ſyllaba brevi, aut ſyllaba præcedente, aut ſequente; *Spiritûs Aſperi* ſequentis ſyllabam brevem; ς *Finalis*, & *Liquida* finalis: non difficile eſſet, liceret modò, in aliis metri ſedibus ſigillatim confirmata dare: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ϖρὸς ταῦτα.

822. Ταρπήτην ἐν φιλότητι, διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην. Sic legunt omnes, ego quos conſului. Mallem χρυσέην incontract. ut ſuprà *Scut.* 199,

Ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶ, χρυσέην τε τρυφάλειαν.

& *Theogon.* 577,

Ἀμφὶ δέ οἱ στεφάνην χρυσέην κεφαλῆφιν ἔθηκε.

ubi agnoſcenda eſt Συνίζησις.

825. —δεινοῖο] γρ. κρατεροῖο.

828. Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.

Primus & tertius pes *Oedema* patiuntur: Primus, ut verſ. ſuprà 130, Νυμφέων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα.

Tertius, ut *Scut.* 68,

Ἀλλά οἱ εὐχωλέων οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sed ſanatur hoc *Oedema* factâ compreſſione per Συνίζησιν· quæ frequenter accidit in Gen. Plur. ſec. Decl. Simpl.

Reſpectu ſedis affectæ, hic verſus dicitur μακροκέφαλος καὶ προκοίλιος, plùs æquo tumens capite & ventre, ſive in principio & medio.

830. Παντοίην ὄπ' ἰεῖσαι. Sic videtur legiſſe interpres, cùm vertat *ἰεῖσαι emittentes*. Quare autem ὄπ', & non ὄψ; fortè ad differentiam τοῦ ὄψ, ἐπιφώνημα, (ὃ κατὰ συνάφειαν ἀθρόαν εἰσπνοὴν ἐγγίνεται τοῖς ἢ ἀλγοῦσιν, ἢ φόβον πάσχουσιν· ſecundum *Euſtathium*, Iliad. μ'. pag. 858, lin. 42.) At *Stephanus* & alii legunt ὄπ' ἵεσαν, tanquam ab ἵημι, *eo*.

832. Ταύρου ἐριβρύχεω μένος ἀσχέτου ὄσσαν ἀγαύρου.

ἀσχέτου] Sic videtur legiſſe interpres, ità ut ἐριβρύχεω, ἀσχέτου, ἀγαύρου, ad idem *Subſtantivum* referantur ταύρου. *Stephanus* & alii legunt ἄσχετον, ut referatur ad ὄσσαν, aut μένος, ἀγαύρου]

Παροξυτόνως. Sic habent omnia exemplaria quæ conſului tanquam à *Proparoxytono* ἄσαυρ☉. Mallem ἀσαυρῦ] Περισπωμένως, ab ἀγαυρὸς, Ὀξυτόνως.

844. Καῦμα δ' ὑπ' ἀμφοτέρων κάτεχεν ἰοειδέα πόντον,
Syllaba brevis in *Hephthemimeri* ſanatur à ν *Ephelctico*, ſive *Paragogico*: Quod privilegium Liquidis, præſertim finalibus, à poëtis, Græcis præſertim indultum eſt.

845. Βροντῆς τε, στεροπῆς τε, πυρὸς ἀπὸ τοῖο πελώρου.
Syllaba brevis & hîc in *Hephthemimeri* ſanatur a tono *Acuto Vocali* (nam πυρὸς eſt *Oxytonon*: licèt ſcripturâ ſortiatur Gravem in progreſſu orationis) & ς *Finali*, cui cum Liquidis commune privilegium indultum eſt producendi ſyllabam brevem præcedentem, in *Caſura* præcipuè, ut & apud Latinos.

847. Ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα] γρ. Ἔζεε πυρὶ χθὼν πᾶσα] Quæ quidem lectio etiam reſpectu metri ferri poteſt, ſi admittamus *Anapæſtum* pro *Dactylo* πυρὶ χθὼν· aut ſi Συνίζησιν vocalium duarum brevium εε in Ἔζεε in unam ſyllabam brevem, ut εο in Ὄρσεο apud *Homer*. Iliad. ε. 109,

Ὄρσεο Τυδείδη Καπανηϊάδη καταβήσεο δίφρου. (niſi fortè hîc rectiùs legendum Συγκοπτικῶς, ὄρσο pro ὄρσεο, ut Iliad. ά. 88. Odyſſ. ή. 342. λ'. 395.) & in πεὸν apud *Praxyll*. (teſte *Euſtathio*, in Πηληϊάδεω, apud *Homer*. Iliad. α. verſ. 1.)

Ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

850. Τρέσε δ' Ἀΐδης ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων.
*Stephanus*, *Trincavelus* & *Lectius* legunt Τρέσσε δ' ἀΐδης] per *Anadiplaſiaſmum* τῦ σ: Sic autem verſus conſtare non poteſt; niſi (quod durum eſt) dicatur ἀϊ-- in ἀΐδης per Συνίζησιν coaleſcere in unam ſyllabam brevem. *Heniſchius* legit Τρέσσε δ' ᾄδης] per *Anadiplaſiaſmum* τῦ σ in Τρέσσε, per *Thlipſin* τῦ ε in δὲ, cujus nota eſt *Apoſtrophus*, & per *Hypexareſin* τῦ ι ſubſcripti in ᾄδης, ſcribendo ἄδης per α monophthongum: quæ quidem *Hypexareſis* hîc mihi neutiquam placet. *Criſpinus* legit Τρεσσ' ἀΐδης δ'] per *Thlipſin* τῦ ε in Τρέσσε, & *Hyperbeſi* particulæ δὲ *Thlipſin* paſſæ: Et ſic quidem optimè conſtat verſus. Magis tamen mihi placet hæc lectio, Τρέσε δ' Ἀΐδης] communiter & ſine *Anadiplaſiaſmo* τῦ σ· ità ut verſus ſit μυκεφαλ☉, incipiátque à ſyllaba brevi, quæ cum tribus brevibus ſequentibus abſolvit pedem *Proceleuſmaticum*: videtur autem mihi *Heſiodus* hîc, ἐκ προαιρέσεως καὶ τεχνικῶς, usi *Proceleuſmatico* pede, ut qui, per celeritatem, Plutonis tremorem & quaſi *Paralyſin* aptiùs exprimat. Ad quam conjecturam meam confirmandam facit, quòd & *Virgilius*, Græcorum æmulus, in ſimili

ſimili materia bis eâdem utatur *Enallage* pedis *Proceleuſmatici* pro *Dactylo*, Æneïd. 5.432, --*trementi*

*Genua labant: vaſtos quatit æger anhelitus artus.*

De *Entello* ſene. Et Æneïd. 12.905,

*Genua labant: gelidus concrevit frigore ſanguis.*

De *Turno* feſtinante, & manu trepidâ lapidem ingentem in *Æneam* torquente.

856. Ἔπρεσε] Deſcendit à πρέθω. quod per *Hypallagen* à πείθω, quod per *Paremptoſin* à πείω. Ἔπρησε tamen uſitatius eſt à πρήθω, quod à πρέθω, per *Ectaſin*, ſecundum *Etymologicum*. γρ. Ἔπρεε.

861. Ἀτμῇ] In Editione *Trincavelli* legitur Ἀΰτμῇ· unde, opinor, *Stephanus* in margine γρ. Ἀΰτμῇ, quæ videtur mihi lectio vitioſa, ſive erratum Typographicum: nam erratis innumeris ſcatet illa Editio.

Ἀτμῇ θεσπεσίῃ, καὶ ἐτήκετο κασσίτερος ὥς. Hîc *Miurismus* eſt: de quo conſule Obſervat. in verſ. ſuprà 819, in —θυγατέρα ἑοῦ.

865. Οὔρεος ἐν βήσσῃσι δαμαζόμενος πυρὶ κηλέῳ.

Hic verſus eſt ἀφρμήκης, μακροσκελὴς, δολίχουρος, ſive *caudatus*; ſanatur autem per Συνίζησιν ſyllabam -έῳ in *Dat.* tertiæ Simpl. κηλέῳ· ut in Δενδρέῳ ſuprà *Oper.* ς'. verſ. 201. qui verſus eſt μακροκέφαλος· *Homerus* ſæpe utitur eodem *Epitheto* cum ſuo *Subſtantivo*, eodem modo, & loco, ut Iliad. θ'. 235,

Ἕκτορος, ὃς τάχα νῆας ἐνιπρήσει πυρὶ κηλέῳ· & σ'. 346,

Οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ. & χ'. 374,

Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρηθεν πυρὶ κηλέῳ.

Hujuſmodi *Synizeſi* ſæpe utitur *Virgilius*: Æneïd. 303,

*Profuit? optato conduntur Tybridis alveo* *Sec*—

Æneïd. 10. 116,

*Hic finis fandi. Solio tum Juppiter aureo* *Surg*—

867. Σέλα] *Trincavelus* legit σέλαϊ.

869. Τυφωέος. *Trincavel* legit -ωέως.

870. Νόσφ- Νότου, Βορέω τε, καὶ Ἀργέστεω, Ζεφύρου τε. Sic legit *Trincavelus*: niſi quòd per incuriam Typographi ſcribatur Ἀργεστάω, mendosè, pro Ἀργέστεω. Sic & interpres legit: quem ſequendum duxi. *Stephanus* legit ἀργέστω pro Nomine Appellativo, & conjungit cum Ζεφύροιο—ἀργέστῳ Ζεφύροιο] *celeri Zephyro*: ſic vertit interpres, quem ſecutus eſt *Heniſchius*. Adſcribit tamen in margine *Stephanus* hanc lectionem--Ζεφύρου τε. In Editione *Criſp.* leg. καὶ Ἀργέστεω Ζεφύροιο, & *Argeſte Zephyro*. Vide quatuor ventos, verſ. 379.

872. --μαψαῦραι] γρ. μαψαῦραι.

875. Ἄλλοτε δ᾽ ἄλλαι ἀεῖσι, διασκιδνᾶσί τε νῆας.

*Trincavelus, Stephanus, Heniſchius, Criſpinus*, & *Lectius*, legunt ἄησι, Singulariter. Quæ lectio proculdubio eſt vitioſa: nam eſſe deberet Pluralis numeri, ut διασκιδνᾶσι. Fortè ſcribendum ἄεισι, Προπαροξυτόνως per Æolicum toni *Anabibaſmum*: pro quo per incuriam Typographi, & confuſionem ſoni τοῦ η καὶ τῆς ει, ut ſæpe obſervatum eſt, irrepſit in textum ἄησι. Lego tamen ἀεῖσι communiter, ut διασκιδνᾶσι. Quanquam legiſſem potiùs ἄεισι, more *Æolico*, ſi priùs *Etymologicum* conſuluiſſem: ubi confirmatur conjectura mea, col. 22. lin. 12. Τὸ γ᾽ τῶν πληθυντικῶν, ἄεισιν, Αἰολικώτερον· ἔχρῆν γὰρ ἀεῖσι, ὥσπερ ἰεῖσιν. Ἄλλοτε δ᾽ ἄλλη ἄεισι--Autor hujus *Hemiſtichii* illîc non citatur: credo eſſe *Heſiodi*, de quo non agitur. Ἄεισι, rectè. At ἄλλη per errorem, opinor, pro ἄλλαι propter confuſionem ſoni τῆς η καὶ τῆς αι, ut obſervatum eſt aliàs. Summa omnium huc redit: ἄησι non erat legendum, quanquam in hoc conveniebant inter ſe exemplaria. At quid? ἀεῖσι communiter legendum credidi; neque enim auſus eram ſcribere Προπαροξυτόνως, more *Æolico*, meo unius fretus judicio, propter ſequens διασκιδνᾶσι. Ex quo verò *Etymologicum* conſului, per me non ſtabit quò minùs legatur ἄεισι, Προπαροξυτόνως at non ἄλλη, uti dixi, ſed ἄλλαι.

Ἄλλοτε δ᾽ ἄλλαι ἄεισι, διασκιδνᾶσί τε νῆας.

880. Πιμπλᾶσαι] Sic legit *Heniſchius*, *Stephanus* legit Πιμπλεῦσαι. Utraque lectio defendi poteſt. Si Πιμπλᾶσαι· ducitur à πίμπλημι, à πιμπλάω, πιμπλὰς, ut ἱστὰς, πιμπλᾶσαι, ut ἱστᾶσαι. Si Πιμπλεῦσαι· ducitur à πιμπλέω, πιμπλέουσαι, οῦσαι, εῦσαι Per *Tropen* Doricam & Ionicam. Nam utrumque legitur, & πιμπλέω & πιμπλάω, teſte *Etymol.* col. 231. lin. 1.

884. Γαίης φραδμοσύνῃσιν, ὀλύμπιον εὐρύοπα Ζῆνα
γρ. --ὀλύμπιον αἰεὶ Ζῆνα. ſecundùm Editionem *Trincavel.*

885. --θανάτων· ὁ δὲ τοῖσιν εὖ διεδάσσατο τιμάς.

εὖ ultimam productam habet in *Hephthemimeri*, vi toni *Acuti Vocalis* (*Gravi* licèt in progreſſu orationis ſignetur) & literæ δ ſequentis *Anadiplaſiaſmi* capacis, ut obſervat *Euſtathius* in verſ. 172. Iliad. γ′.

Αἰδοῖός τε μοί ἐσσι φίλε ἑκυρὲ, δεινός τε. Ubi--ὲ ἀξυντονὲμενον producitur ànte δ, interveniente puncto. *Trincavelus*, *Stephanus*, &c. legunt εὖ ſine *Diæreſi*, ità ut tertius pes ſit σπόνδειος βίαιος, qui ſanatur tamen à finali *Liquida*, extra *Cæſuram*. Malo ego in *Cæſuræ* tertia ſpecie, id eſt *Hephthemimeri*

*meri*, ſanari, ut dixi, ſcribendo ἐΰ per *Diæreſin*, ut in *Triemim.* apud *Homerum*, Iliad. γʹ. 235,

Οὕς κεν ἐῢ γνοίην, καὶ τοὔνομα μυθησαίμην. non

Οὕς κεν εὖ-- At forte objiciat quis ἐΰ ultimam productam hic habere per tertiam ſpeciem *Poſitionis*, ſequente γν. Non ſic autem apud *Heſiodum*. Imò ſanari poteſt & illic, uti dictum eſt, præſertim in *Cæſura*.

889. Τέξασθαι]. Malo -εσθαι, ut 898.

890. Αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν. *Stephanus* legit ἐσκάτθετο. *Trincavelus* & *Heniſchius* dividunt, ἐς κάτθετο Suprà tamen verſ. 487, legitur ἐγκάτθετο, ut hic, conſentientibus inter ſe omnibus exemplaribus,

Τὸν τόθ' ἑλὼν χείρεσσιν, ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν.

Videtur autem utrobique *Ellipſis* eſſe *Præpoſitionis* Accuſ. regentis Et infrà verſ. 899,

Ἀλλ' ἄρα μιν Ζεὺς πρόσθεν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν.

ubi etiam exemplaria inter ſe omnia conſentiunt.

892. Τῶ γάρ οἱ ἐφρασάτην] *Stephanus* legit Τώς. *Criſpinus* vertit *Sic*. *Heniſchius* & *Lectius* etiam legunt Τώς. Sed interpretatio minimè cohæret cum lectione: vertunt enim Τὼς γάρ οἱ ἐφρασάτην] *Illa duo enim ei dixerunt.*

901. Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν] Hîc ο in *Penthemimerâ* producitur vi ſequentis *Liquidæ*.

905. Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε] De ſanata ſyllaba brevi in *Triemimeri* dictum eſt ſuprà Obſervat. in verſ. 135.

925. ἀγροκύδοιμον] Sic legit *Heniſchius*, & vertit interpres *in agris tumultuantem*. Erraverunt uterque, & me imprudentem in errorem perduxerunt. Legendum ἐγρεκύδοιμον, Eſt enim ἐγρεκύδοιμος, *Minervæ* Epitheton, ἡ ἐγείρουσα κυδοιμὸν τοῖς ἐναντίοις, *Etymolog*. col. 312. lin. 17. *Lectius* ſequitur *Stephani* lectionem, ἐγρεκύδοιμον, & interpretationem eandem quam *Heniſchius*, *in agris tumultuantem*: ſed non cohærent.

928. Ἐκ πάντων] Hic verſ. apud *Stephanum* eſt 929. & ſequens Γείνατο] 928.

931. Τρίτων' εὐρυβίης γένετο μέγας] Hîc ſyll. brevis in *Hephthemimeri* ſanatur à ſequente *Liquida*.

938. -κύδιμον] γρ. φαίδιμον.

941. Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι, Διώνυσον πολυγηθέα. De *Dolichuriſmo* ſive *Machroſchelismo* conſule Obſervat. in verſ. ſuprà 510.

949. Τὴν δέ οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε Κρονίων. ἀγήρω] Sic legunt omnes, quos conſului. *Suidas* dicit in

Accuſativa Fœmin. ſcribi ἀγήρω, non ἀγήρων, ab ἀγήρως.

954. --ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσσας] γρ. ἐν ἀθανάτοισι τελέσσας.

960. Τῆμε θεῶν βουλῆσ' Εἰδυῖαν καλλιπάρηον.

Sic legit *Criſpinus*. *Stephanus* legit βουλῆσιν Ἰδυῖαν.

979. Κούρῃ δ' Ὠκεανοῦ Χρυσάορι καρτεροθύμῳ.

*Trincavelus*, *Stephanus*, *Heniſchius*, *Criſpinus*, & *Lectius*, legunt Ὠκεανοῖο] Quæ lectio ſtare non poteſt per metrum: cum Χρυσάωρ incipiat à ſyllaba longa, ut patet exemplis, verſ. ſuprà 281,

Ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας, καὶ Πήγασος ἵππος.

ubi ſic debet verſus ποδίζεσθαι, ut ſecundus pes ſit *Spondæus*: nam verſus eſt περικοίλιος, & ſanatur per Συνίζησιν αω in Χρυσάωρ, ut & αω in Ποσειδάωνος apud *Apoll.* Argon. δ'. 1621,

Ἠδὲ Ποσειδάωνος, ἠδὲ Τρίτωνος ἔασιν.

Quod quidem exemplum ſi nondum ſatisfacere videatur, quin adhuc nonnihil loci dubitationi relictum ſit. Addo quæ in dubium vocari nullo modo poſſint, verſ. 287,

Χρυσάωρ δ' ἔτικε τρικέφαλον Γηρυονῆα. & apud *Homer.* in Hymn. Apollinis, 123,

Οὐδ' ἄρ' Ἀπόλλωνα χρυσάορα θήσατο μήτηρ.

Iliad. ό. 256, Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὅς σε πάρος περ.

Iliad. έ. 509, Φοίβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ὅς μιν ἀνώγει.

ubi χρυσάωρ & χρυσάορος, *Aureum enſem geſtans*. *Epitheta Apollinis* ſunt, & compoſita à χρύσεον & ἄορ ſive ἆορ· nam utroque modo ſcribitur pro re nata in metro, χρυσὸς autem & χρύσεος, & indè Compoſita primam ubique, quantum ſcio, apud *Homerum* producunt, ut πολύχρυσος, Iliad. κ'. 315. & infrà apud *Heſiodum* πολυχρύσου, 980. χρυσάμπυκες, in 2. Hymn. Vener. verſ. 5. χρυσοπήληξ, in Hymn. *Mart.* verſ. 1. χρυσηλάκατος, Il. ύ. 70. χρυσόζυγον, in Hymn. *Sol.* verſ. 15. χρυσόθρονος, Iliad. ά. 611. χρυσοπλόκαμος, in Hymn. *Apoll.* 205. χρυσόπτερον, Iliad. θ'. 398. χρυσόρραπις, Odyſſ. κ'. 277. χρυσοστέφανον, in 2. Hymn. *Ven.* verſ. 1. χρυσοχόον, Odyſſ. γ'. 425. Lege igitur mecum Ὠκεανοῦ, non cum ſuperioribus Ὠκεανοῖο. At η & ω ſæpe *Syſtolen* patiuntur. Quidni igitur & υ vocalis anceps? Εἰ δέ τις φιλοίη, &c. (ut cum *Euſtathio* in ſimili cauſa loquar:) Siquis animo contendendi hæc quærat; quærat etiam qui ad hæc reſpondeat. Mihi quidem non vacat. Sed finge poſſe pati *Syſtolen*. Quid ergo? Patitur? Patitur & hic, ubi nulla metri neceſſitas

ceſſitas id poſtulat? Non valet. At recedis ab exemplaribus iiſque caſtigatiſſimis, *Stephani* in primis: *Stephani* verò judicio nihil derogo, ut nec aliorum, quorum in Editionibus clam ipſis & in aliis fortè occupatis, errata pro veris in textum irrepſerunt. Nec dubito quin nunc, ſi viverent, idem omnium judicium eſſet de reponendo Genitivo communi Ὠκεανοῦ· magiſque id adeò, ſi quæ de quantitate ſyllabæ primæ Χρυσάορ dicta ſunt; & exemplis ex eodem hoc *Heſiodi* libro, & *Hom.* operibus confirmata, ſecum perpenderent. Huic loco diutius immoratus ſum, quòd ſciam eſſe qui non dubitent pro *militia* amplexari *malitiam* potius quàm velint erratum Typographicum agnoſcere. *Stephanus*, nunquam ſatis laudatus in re Typographica, ut qui de republica literaria hoc nomine optime meritus ſit, primas jure auferat. At nec *Stephano* nec cuiquam homini nato is honor habeatur, ut nuſquam in Editionibus ſuis erràſſe dicatur. Quo nomine peccâſſe videtur is (cujus nomen celandum cenſeo) qui in Editione Poëtarum Græcorum ità *Stephano* fidem obſtrinxit ſuam ut qui nefas putaverit ab ejus exemplari vel tantillum recedere: alioquin enim, opinor, errata Typographica, (habet enim & *Stephanus* ſua) penè omnia (ſi tamen penè dicendum ſit) nimia fide & conſtantiâ non retinuiſſet.

981. -κάλλιστον ] *pulcherrimum.* Sic Interpres. *Stephanus* legit κάρτιστον, & adſcribit in margine κάλλιστον.

982. Γηρυονέα· τὸν κτεῖνε βίη Ἡρακληείη.
De *Synizeſi* ſyllabarum ----έα in Γηρυονέα, conſul. Obſervat. in verſ. ſuprà 510, 511. Qui verſus ſunt δολίχουροι, hic ut προκοίλιος. *Criſpinus* & *Heniſchius*--α. Scholiaſtæ Nomen Pariſyll. faciunt: Tum vero ſcribend. --όνεα pro -όνην.

983. Βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων ἀμφιρρύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ.
Hic verſus eſt προκέφαλος 'nam redundare videtur initio ſyllaba brevis, ità ut prior pes complectatur quinque tempora: Sed ſanatur per Συνίζησιν οω in Βοῶ. Cujus generis Συνίζησιν nempe οω nuſquam hactenus legendo obſervâſſe me memini: Sed in hoc carminis genere, nempe προκεφάλω, vocalium εω Συνίζησιν in unam ſyllabam longam ſæpe obſervavi, ut in Χρεὼ, Iliad. ι. 604,

Χρεὼ τιμῆς· φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ. & verſu 75. Il. ι. qui verſus eſt προκοίλιος,

Βουλὴν βουλεύσῃ· μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς.
& verſu 197, Il. ι. qui verſus eſt δολίχουρος,

Χαίρε-

Χαίρετον, ἢ φιλοιάνδρες ἱκάνετον, ἤ τι μάλα χρεώ.

Sed redeo ad verſus περικεφάλυς.

In Ἕως Odyſſ. έ. 123.

Ἕως μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος ἄρτεμις ἀγνή.

Obſervavi etiam in eodem carminis genere Συνίζησιν *Diphthongi* ει & *Vocalis* α *Oper.* ά. verſ. 5,

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει---

& apud Homer. Iliad. ρ'. 461,

Ῥεῖα μὲν γὰρ φεύγεσκεν---

*Vocalis* η & *Diphthongi* ϰ, apud *Theocritum* Idyll. έ. 116,

in diverſis dictionibus.

Ἦ ϰ μέμνασ' ὅτ' ἐγών τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρώς.

& apud *Homerum* Iliad. έ. 349,

Ἦ ϰχ ἅλις ὅτι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις.

Ubi hæc *Euſtathius*, Τὸ δὲ Ἦ ϰχ] συνίζησιν ἔχει τῶν ἐν ἀρχῇ δύο μακρῶν συλλαβῶν εἰς μίαν μακράν· Τὸ δὲ ἔπος τὸ Ἦ ϰχ' ἅλις] ὡς πεπονθὸς πλεονασμὸν περὶ τὴν κεφαλὴν, περικέφαλον λέγεται, ὡς οἷον εἰπεῖν, περίμηκες τὴν κεφαλήν· διὰ τὸ αὐτὸ καὶ μακροκέφαλον, ὡς διπλάζον τὴν ἀρχουσαν· ἧς εἴ τις ἀφέλοι τὸ κορυφαῖον ὡς διά τινα περιττότητα, ὑγιὲς ται τὸ λεῖπον εἰς δάκτυλον· ὃ καὶ ἄλλως γίνεται τῇ ῥηθείσῃ συνιζήσει τῶν δύο μακρῶν, κατὰ τὸ Ἦ λάθετ', ἢ ϰκ ἐνόησε—Iliad. ί. 533.

*Vocalis* η & *Diphthongi* ει apud *Homer.* Il. έ. 466,

Ἦ εἰσόκεν ἀμφὶ πύλῃσ' ἐυ ποιητῇσι μάχονται;

Et hæc hactenus de *Synizeſi* in initio. De *Synizeſi* promiſcuè in quacunque tandem metri ſede, vide plura Obſervat. in verſ. 30, *Oper.* ά.

989. Παῖδ' ἀπαλὰ φρονέοντα, φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.

*Trincavelus* legit φιλομειδής. *Stephanus*, φιλομμιδής. *Heinſchius*, *Criſpinus*, *Lectius*, legunt cum *Sephano* φιλομμειδής, *renidens*, *amans riſûs*. Scio apud *Homerum* φιλομμειδὴς VENERIS *Epitheton* eſſe plurimis in locis, ut Iliad. γ'. 424. δ', 10. έ. 375, &c. nuſquam verò φιλομμηδής. Hic tamen non dubito quin legendum ſit φιλομμηδής· quod vel ex ipſa *Veneris* Genealogia ſatis conſtat, ſuprà verſ. 200.

Ἠδὲ φιλομμηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.

Φιλομμηδέα (inquit *Heſiodus*) *amantem-genitalia* nominant: ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, *quòd nata ſit à Genitalibus* COELI (à *Saturno* reſectis, ut ſuprà patet) non SATURNI: quanquam id innuit *Euſtathius* his verbis, Ἡσίοδος ἐκ τῶν τῦ Κρόνυ μηδέων ἐτυμολογεῖ, in Iliad. δ'. pag. 334. lin.

lin. 13. Sed reponendum pro τοῦ Κρόνου, τοῦ Οὐρανοῦ, ſecundum *Heſiodum*.

φιλομμηδέα.] *Euſtathius* loco citato, in φιλομειδὴς, videtur innuere φιλομμειδέα ſcriptum, cùm dicat *Heſiodum* ἐτυμολογεῖν ὡς Βοιωτικῶς· quaſi diceret φιλομμειδὴς, Βοιωτικῶς verſo η in ει, ut in τέθεικα pro τέθηκα, pro φιλομμηδὴς, ἐκ τῶν μηδέων. Quòd verò ad Genealogiam *Veneris* attinet, non convenit *Heſiodo* cum *Homero*: nam *Homerus* filiam *Diones* facit: ut docet *Euſtath.* in Iliad. έ. pag. 393. lin. 45. Ἡ Διώνη τῆς Ἀφροδίτης μήτηρ. εἰ δὲ Διώνης ἡ Ἀφροδίτη· οὐκ οἶδεν ἄρα Ὅμηρος τὴν καθ' Ἡσίοδον ἐκ μηδέων γέννησιν αὐτῆς, καθ' ἣν ἐκεῖνος φιλομμηδῆ οἶδεν αὐτήν· ubi obiter notandum ſcribi φιλομμηδῆ per η in penultima & non per ει.

---

*FINIS.*

---

*Reſtant adhuc plurima, quæ quidem perſequi mihi ab initio propoſitum fuit. Verùm non licet. Munus me publicum Regii in Medicinæ Profeſſoris, à Sereniſſimo Rege CAROLO in me pro ſpeciali gratia citiùs atque ſperare debui collatum, ad ſe jamdudum vocat. Eò mea dehinc unicè intendenda eſt opera. Tibi verò, Lector Candide, ſiquid fortè in præmiſſis Obſervationibus occurrat, quod placeat, gaudeo: ſi minùs, interruptum tam opportunè conſilium meum, id verò ſeriò triumpho.*

## Grammaticorum, Poetarum, Scholiaſtarum, aliorumque autorum, qui in Obſervationibus præmiſſis citantur, necnon & Editionum Syllabus.

| Autor. Lib. | Typograp. | Vol. | Loc. | Ann. |
|---|---|---|---|---|
| Anteſignani *Schol. in Gramm. Clen.* | Excudebat J. Windet | In *Octavo* | Londini | |
| Apollonii *Argonaut.* | H. Stephanus | *Quarto* | | 1574. |
| Arati { *Phænomena.* *Dioſemia.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| Bailii (*vel potiùs* Vergaræ) *de ſyllabarum quantitate libellum in Grammat. Scoti.* | J. Pillehotte | *Octavo* | Lugduni | 1613. |
| Camdeni *Grammat.* | J. Battersbie | *Octavo* | Londini | 1617. |
| Caninii *Grammat.* | J. Bene-natus | | Pariſiis | 1578. |
| Caſauboni *Theocrit. Lect.* | Commelinus | *Quarto* | | 1604. |
| Ceporini / Clenardi } *Grammat.* | J. Windet. | *Octavo* | Londini | 1585. |
| Coluthi *Hel. rapt.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| Cruſii *Grammat.* | J. Oporinus | *Octavo* | Baſileæ | 1566. |
| Dionyſii *Perieges.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| *Etymol. magn.* | H. Commelin. | *Folio* | | 1594. |
| *Evangelia.* | Aldus | *Folio* | | 1518. |
| Euſtath. *Sch. in Hom.* | Frobenius | *Folio* | Baſileæ | 1560. |
| Franklini *Orthotom.* | T. Harper | *Octavo* | Londini | 1630. |
| Gazæ *Grammat.* | . Silvius | *Octavo* | Pariſiis | 1529. |
| Genevens. *Grammat.* | J. Durantius | *Octavo* | Genevæ | 1568. |
| Golii *Grammat.* | Hæred. J. Rihel | *Octavo* | Argentorati | 1620. |
| Gretſeri *Grammat.* | Birckmannus | *Octavo* | Colon. Agr. | 1628. |

*Heſi-*

| Autor. Lib. | Typograph. | Vol. | Loc. | Ann. |
|---|---|---|---|---|
| Heſiodi opera omnia: 1. Edidit *Criſpin.* | Hæred. E. Vign. | *Duodec.* | | 1600. |
| 2. Cum *Heniſch.* Schem. | Oporinus | *Octavo* | Baſileæ | 1580. |
| 3. Recenſuit *Lectius.* | Pet. de la Rov. | *Folio* | Aurel. Allo. | 1606. |
| 4. Cum Enarrat. *P. Melanch.* | L. Seuberlich | *Octavo* | Witebergæ | 1612. |
| 5. ——— | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| 6. Edidit *Trinc.* | B. Z. Caſterza. | *Quarto* | Venetiis | 1537. |
| Homeri *Il. Od. Hymn.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| *Il. Od.* | Frobenius | *Folio* | Baſileæ | 1560. |
| J. Diaconi *Schol. in Heſ.* Edidit *Trinc.* | B. Z. Caſterza. | *Quarto* | Venetiis | 1537. |
| Langii *Epit. Gr. Proſ.* | Hæred. J. Rihel | *Octavo* | Argentorati | 1620. |
| Laſcaris *Grammat.* | *P. Man.* Ald. F. | *Octavo* | Venetiis | 1557. |
| Moſchopuli *Schol.* in *Heſiod.* Edid. *Trincavelus.* | B. Z. Caſterza. | *Quarto* | Venetiis | 1537. |
| Nicandri *Theriaca.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| Procli *Sch. in Heſ.* Edidit *Trincavelus.* | B. Z. Caſterza. | *Quarto* | Venetiis | 1557. |
| Rami *Grammat.* | A Wechelus | *Octavo* | Francofurti | 1581. |
| Scoti *Grammat.* | J. Pillehotte | *Octavo* | Lugduni | 1613. |
| Septuag. interp. *Bibl.* | Aldus | *Folio* | | 1518. |
| Stephani *Theſaur. Gr.* | H. Stephanus | *Folio* | | |
| Sylburgii *Grammat.* | Hæred. A. Wec. | *Octavo* | Francofurti | 1582. |
| Tryphiodor. *Ilii exc.* | H. Stephanus | *Folio* | | 1566. |
| Tzetzis *Sch. in Heſ.* Edidit *Trincavelus.* | B. Z. Caſterza. | *Quarto* | Venetiis | 1537. |
| Virgilii *Opera.* | H. Stephanus | *Octavo* | | 1583. |
| Urbani *Grammat.* | V. Curio | *Quarto* | Baſileæ | 1524. |

*FINIS.*

ALMA MATER CANTABRIGIA